ELIXIR IESVITICVM

SIVE

QVINTA ESSENTIA IESVITARVM;

EX VARIIS, INPRIMIS PONTIFICIIS,
AVTHORIBVS, *Alembico veritatis extracta; quæ Mundi theatro exhibetur*, Continens,

I. EPITHETA & PERIPHRASES Ieſuitarum.
II. CATALOGVM, *vel quaſi*, TESTIVM VERITATIS de Ieſuitis.
III. SIMILITVDINES & APOPHTHEGMATA de Ieſuitis.
IV. THESES & POSITIONES ex novâ-antiquâ veritate deſumptas, Patribus Ieſuitis ad ventilandum proximis diebus Saturnalibus, & qui eos ſequentur uſque ad carnis privium, *vel* præter propter, propoſitas.

COLLECTORE

GRATIANO LEOSTHENE SALICETO.
Anno primi Iubilæi IESVITICI.

Loco IESVITIS *minus repleto, ſed melioribus mentibus dedicato.*

ANN[illegible] NOSTRI

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO

D. GVILIELMO LAVD

ARCHIEPISCOPO Cantuarienſi, *totius* Angliç Primati, *& reliquis Eccleſiis Anglicanis.*

QVi bis aliquem vult perire, proprio eum jugulet gladio. IESVITAS qui vult convincere, non Reformatæ Religionis hominum, ſed hodiernæ Romanenſis Religionis virorum Teſtimonijs ei utendum cenſeo. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quæ me ad colligendas has Periphraſes, deſcriptiones, hiſtoriolas, ſimilitudines, Apophthegmata, & Theſes ex Pontificiis Authoribus, quibus tamen obiter intervenerunt aliqui ex iis qui diverſam ab iſta religionem profitentur, ſed pauci & pauca, impulit. Perſuadere volunt non ſimplicioribus modò, ſed etiam emunctioris naris hominibus Socienni iſti, ſibi cum reliquis Doctoribus, Profeſſoribus Academiiſque Pontificiis optimè convenire. Quam vere autem id jactent, manuarius hic libellus docere poteſt. Quem potiſſimum huic anno convenire puto quod eo ipſo anno in publicum exit, quo Annum Iubilæum confirmati ſui ordinis per orbem hunc Europçum celebrarunt. Veſtræ verò Reverendiſſimæ Dignationi ideo nuncupare placuit, quod *Primas* Anglicanarum Eccleſiarum conſtitutus, non quidem me informatore opus habeas; ſed ut ſub nominis Veſtri prærogativa emiſſus, tantò tutiorem apud alios inveniat receptum. Quem meum laborem ſi non omnino ingratum bonis viris intellexero fuiſſe, calcar & ſtimulum mihi additum putabo ad alteram partem, quæ ligatæ orationis Teſtimonia clarorum Virorum in utraque religione proferet, tantò maturius abſolvendam, & lectionis publicæ faciendam. VALETE.

Non Ieſuita bonus, vel *ſi bonus extitit unquam,*
Ieſuiticum id præter contigit ingenium.

INDEX AVCTORVM

ex quibus facta hæc COLLECTIO.

Admonitio ad Henricum IV.
Anonymi.
Antonius Arnaldus.
Auguſtani Monachi.
Autor de Ieſuitis ex Polonia expellendis.
Academia Burdigalenſis.
Melchior Canus, *Epiſcopus.*
Cardinales, &c.
Cauſæ Odii in Ieſuitas.
Clerus Anglicanus.
Conſilium de Ieſuitis in Valeſiam non recipiendis.
Academia Cracovienſis.
Diploma Anglicanum.
Ludovicus Dolæus.
Epigramma in Effigie Cottoni
Eques Polonus.
Euphormion Barclaii.
Franciſcani.
Harlæus, *Præſes.*
Haſenmüllerus
Tharræus Hebus, *ſeu* Conrad. Barthius.
Henricus IV.
Simon Mario.
Mercurius Ieſuit.
Arias Montanus.
Morvillerius.
Academia Pariſienſis.
Parlamentum Pariſienſe.
Stephanus Paſchaſius.
I. Paſſeratius.
Academia Patavina.
Pyramis Pariſienſis.
Philippus II.
Povellus.
Staniſlaus Pronski.
Salvus-Conductus Ieſuitarum.
Simon Stenius.
Sorbona.
I. A. Thuanus.
Pontus Tyardæus, *Epiſcop. Cabill.*
Adrian. Turnebus
Vigor.

DESCRI-

113

DESCRIPTIONES
ET EPITHETA.
IESVITARVM.

Ex PASSERATIO.

OBSCOENÆ volucres, quæ rapinis contactúque omnia fœdant immundo, Decolor & quibus eſt vultus, teterrima ventris proluvies uncæque manus, & pallida ſemper Ora fame. diſp. de ridicul. Bipedes volucres ſine pennis Curua quibus pullam ſubnectit fibula veſtem. Harpiæ.filix.Profugi homines, nec minus vagi quam Scythæ, noua gratuitæ doctrinæ profeſſione vulgò commendati Sinones. Qui unum hoc ſciunt uncta deuorare patrimonia. Qui gratis nocent. Hirudines patrimoniorum. Aucupes puerorum Magiſtri per aureum funem de cœlo delapſi. Nitedulæ, quæ rem ciuium arrodunt. Speculatores & exploratores Philippi, & ejus tyrannidis acerrimi Satellites. Qui licet fibulam geſtent, nihil minus ſunt quam Hippolyti. Bonorum auctorum euiratores Deliaci: Cretenſes mendaces, malæ beſtiæ, docentes juventutem artem mentiendi & dolos. Vulpeculæ. Chamæleontes, Polypi, ſtelliones. Ibid.

Ex Adriano TVRNEBO.

NOta ſecta mentiens IESVM.Dulce latrociniis prætendens nomen opertis. Secta tartareis emiſſa vadis, ſpoliaria plebis inſtituens, ſperanſque ſuos ditare latrones: jamque gregem paſcit ſimulatio dira rapacem, ſemper inuncantem viduarum è viſcere prædam, fallen-

Digitized by Google

tem pueros, & inertia pectora vulgi. Veruecum in patria craſſóque ſub aëre nati. Laruæ & & Lemures. Veſpertilionis habentes caligantis opes, & cæcæ pignora talpæ. Prædo togulam cui fibula nectit. Simulatores; Comœdi. in Epiſt. ad Cardin. Lothar. Qui non contenti ſtipe minuta, ſed Teſtamentis inhiant, lucriſque beatis. Inſidiatores, Captatoreſque, Eleemoſynarum pauperum auerſores. Amplarum ſectatores prædarum. Qui magna petunt, dum parua fugiunt. Exiguum pretium contemnere ſueti, ut jugulent fortunis omnibus orbos. Qui euertunt bonis exhæredantque propinquos. Qui teſtatoris cenſu potiuntur opimo. Graſſantes prædones in fortunas opimas. Phariæ examina ſcæua locuſtæ. Propoſitum quibus hoc, hęc mens, cumulare bonum, villas & prædia quærere multa, Atque poteſtatem vitęque neciſque parare, In ſtupidum vulgus. Idem in Epiſt. ad Sotericum.

Ex THVANO.

AB immiti furiæ Auerno. Gens gnara nocendi. Gens nata exitio Galliæ. Heſperię fuſcis gens emiſſaria ab oris, Fucum affectatâ quæ grauitate tegit. Gens nata Magiſtratum conuellere, nata miniſtris ſubtrahere obſequium præſulibuſque ſuum; Geryoni quæ dum placeat, faueatque trifauci Terrarum reliquos non facit aſſis heros. Et cœlo facinus dignum putat omnia ſæui, in regis longas tradere ſceptra manus: Quæ diſciplinam morum, quæ Gallica venit exuto legum ſolvere iura metu. Et vites regnantum animas ipſoſque necandos Horrendà reges proditione docet. Seruandamque Fidem negat, argutiſque cauillis Detorquet magni iuſſa verenda Dei. Qui crimine in omni obtendunt cauſam religionis agi: qui accuſantque bonos ultrò, excuſantque nocentes. Et patrocinio conſilioque iuvant. Qui ſpargunt ſemina corrupti ſucci, lentíque veneni. Noxia doctrinæ ſemina peſtiferæ: concipit unde malum grande inconſulta iuventus, &

concepto

concepto alios inficit ipſa malo. Gens bello, plus pace nocens & ad otia verſa. Crudeles animam vertens ad inſidias. Qui Gallia & in mediâ conſcripto milite regnant Diraque fraterno ſanguine bella gerunt. Ignati à bello cunctorum fonte malorum ſecta ſata eſt, Bellum hinc nunc & adulta ferit. Stimulis furialibus acti. Queis vitam pueri diſcunt odiſſe Magiſtris, Extrema & mortis temnere ſupplicia. Qui tormenta pati mandant nilque inde fateri. Vulpes. Errones per quos factum divinę ut vocis apud nos eſſet ubique fames, eſſet ubique ſitis. Turba inimica. Patres veſtem queis fibula nectit. Seditioſa cohors. Harpyiæ Ixione nati ſemi grauidæ nubis inane genus. Monſtra; In Elegia contra Aſſaſſinos. Societas quæ ſe ad omnia ſeruitia ſine ulla regionum aut temporum exceptione Vicario Chriſti mancipauit. Quæ in tantum breui creuit ut ipſis principibus formidoloſa eſſe cœperit. Claromontanæ Scholę ſodales. In hiſtoria l. 35. patres religioſi l. 110.

Ex Reſponſione ACAD. CRACOVIENSIS, *Anno* 1622.

HOmines huius ſeculi mores egregiè poſſidentes, qui, ſi cui ægrè facere cupiunt, ei dant blanda verba. Hypocritę homines corde duplici, lingua perforata. Quibus nihil commune cum cęteris religioſis: quorum religio toto cœlo à reliquorum Monachorum diſſidet: qui inprimis in votis habent, ut non ſint ſicuti cęteri. Mille concatenatas calumnias nectentes. Quibus mos eſt omnia pro iniuriis accipere, quę defenſionis ſui iuris ergò, ab aliis afferuntur. Neſcientes Doctores quid verbi ſit iuriſdictio. Imbrobi & Calumniatores. Qui omnes excommunicandos cenſent qui eos ſiniſtro oculo aſpexerint. Qui neminem ſalvum poſſe eſſe credunt, qui minus ipſis fauerit. Nugatorum omnium audaciſſimi, ſub quibus immanis faſtus & exitio ſuo proximus latet. Romanæ ſe-

Digitized by Google

dis hæredes ex ſemiſſe & ex Divûm conſilio venientes. Quos ſecundi rerum ſucceſſus & fortuna nimium blandiens in elationem animi & petulantiam intolerandam redegit. Omnia cum puluiſculo auferentes. Nouas Academias in euerſionem veterum extruentes & excitantes. Nullam habentes frontem. Iuventutem abſtrahentes. Scholam contra ſcholam erigentes. Qui de iniuriis factis proteſtantes accuſant capitalis facinoris. Homines mala fide. Nugatorum omniam principes. Qui ſciunt quid Iupiter Iunoni in aurem dixerit. Qui ſcrutantur corda pontificum, principum, gnari quid cuique mentis ſit. Geminam pupillam oculi habentes, quibus omnia videntur duplicia. Gemino corde homines, duplici mente & animo. Spiritu calumniatoris afflati. Impudentiores falſis illis teſtibus qui contra Chriſtum quondam ſteterunt. Qui Maieſtatis ad tegendam ſuam inſolentiam adducunt. Id agentes ne quis contra facta ipſorum prouocare & appellare ad quemquam poſſit. Delatores Gloriantes in ſua malitia & petentes in ſua iniquitate. Facientes dolum ſicut nouacula acuta. Diligentes malitiam & iniquitatem. Qui ſperant in multitudine diuitiarum ſuarum & præualent in vanitate ſua, rerum ſucceſſu laſcivientes. Miris modis iuventutem ſollicitare ſcientes, non ut eam doctiorem, ſed ut ſua collegia frequentiora ad ſpeciem faciant. Quorum vanitate ſcholæ coinquinatæ ſunt. Precariò diſcipulos quærentes. Eruditionem mulierculárum auriculis & cuivis de plebe commendantes. Apud quos ſpecies virtutis pro re, fucus pro veritate eſt. Conuocantes iuventutem per imagunculas, per ſollicitationem matrum, per cantilationem calumniarum. Vnius ſcholæ diſcipuli alterius Magiſtri, audaciam pro ſapientia, tragœdiolas, declamationes, verſiculos ab aliis ante trigenta annos ſcriptos pro ſuis venditantes, & rudi popello in ſcena exhibentes. Semitheologaſtri. Colore ſolo fallentes. Collegium malignantium. Gnauiter impudentes. Qui putant ſe ſolos Eccleſiæ & reipublicę natos, cum tamen

Digitized by Google

men nihil minùs unquam cogitent, quam his prodeſſe. Semimagiſtelli. Exacti comminiſcendi & fingendi artifices. Sanguinarii. Ex muſca Elephantum facientes. Delicati. Solventes juventutem legibus & obſequio quod Rectoribus debent, quò facilius eos in caſſes ſuos pertrahant. Semina confœderationum, conſpirationum, tumultuum. Philautia repleti. Noui Dictatores. Montes promittentes tandem muſculum parturientes. Egregij religioſi, errorem & faſtum ſuum in alienam calumniam convertentes. Parietes dealbati. Calumniarum Lerna. Quos princeps mendacii excæcavit. Dii, vos magni & minuti, patres, quanti nugatores eſtis, omnium mortalium ſummè improbi & maligni. Ebrii à poculo eius quæ ſedet ſupra beſtiam coccineam ſua vitia magnatum titulis velantes. Sejani apud Principes. Malis oculis probitatem alienam adſpicientes. Et quæ plura in illa reſponſione haberi potuiſſent. Sed his benignus lector contentus eſſe poterit.

Ex Concluſionibus SORBONÆ *Pariſinæ* 1554. *d.* 1. *Decembris.*

NOva Societas inſolitam nominis IESV appellationem peculiariter ſibi vendicans. Licenter & ſine delectu quaſlibet perſonas quantum libet facinoroſas illegitimas & infames admittens. Nullam à ſecularibus ſacerdotibus habens differentiam in habitu exteriori. Donata multis & variis privilegiis in præjudicium Ordinariorum & Hierarchici ordinis, imò etiam Principum & Dominorum temporalium, contra privilegia univerſitatum denique in magni populi gravamen, Religionis monaſticæ honeſtatem violans. Enervans exercitium ſtudioſum, pium & perneceſſarium virtutum. Occaſionem dans liberè apoſtatandi ab alijs ordinibus, debitam ordinariis obedientiam & ſubjectionem ſubtrahens. Dominos tam temporales quàm Eccleſiaſticos ſuis juribus injuſtè privans. Perturbationes in vtraque politia, multas in populo querelas, multas lites, diſſidia, contentiones, æmulationes, variaque Schiſmata inducens. Societas

Digitized by Google

in fidei negotio periculoſa, pacis Eccleſiæ perturbatrix, monaſticæ religionis euerſiva, & magis in deſtructionem quàm ædificationem. Similia & plura Epitheta Acad. Pariſina eis tribuit. l. 110. Thuani.

Ex Stephano PASCHASIO.

SEcta ambitioſa, & fucatę religionis plena, in Hiſpania nata, Lutetiæ adulta, Venetiis exercitata, Romæ initio exagitata, poſtremo recepta & privilegiis immodicis & à iure communi exorbitantibus donata & Theologorum Pariſienſium ſententia damnata ab Epiſcopo Pariſienſi reiecta. Gratuitæ puerorum inſtitutionis ſpecie graſſans, familias captatis Teſtamentis exhauriens, iuventutem ſpecie religionis corrumpens, faſcinatis per ſuperſtitionem puerorum ingeniis, ſeditiones & defectiones in regni perniciem aliquando erupturas moliens. Legitimam magiſtratus auctoritatem labefactans, diſciplinam Eccleſiaſticam enervans, omnia divina & humana iura confundens, ambitioſum nomen ſibi arrogans. Novi hoſtes intra regni viſcera. Cuius ſectæ aſtu, dolis, ſuperſtitione, diſſimulatione, præſtigiis ac malis artibus publica tranquillitas non ſolum in regno Galliæ, ſed etiam per univerſum Chriſtianum orbem periclitatur. Homines ſemper ſua quàm aliorum plus æſtimantes. Acad. Lovanienſis in Merc. Ieſuit. 4. l. pag. 463.

Ex LIBRO, *ſeu* CONSILIO *de Ieſuitis ex regno Poloniæ expellendis.*

QVi in executoriali praxi primas ſibi ubique arrogant Ieſuitę, quod in conſiliis peſſimum eſt precipuè arripiunt arreptum peius efficiunt. Si uni Ieſuitæ non eſſent, aut turbas nullas habituri eſſemus, aut ſi quæ obortæ fuiſſent, eas multò facilius minorique periculo conſopiri potuiſſe. Optimi & planè deſperatæ audaciæ ſicarii. Factio Ieſuitica. Genus tranſcendens reliquum Clerum. Accipitres aulici. Exterorum venatorum indagatores. Novi & Ieſuitici mundi ſeminatores. Exercitati practici. Aucupantes hominum opulen-

Digitized by Google

opulentorum teſtamentaria legata fraudum exquiſitiſſimarum artificio. Peſtis Ieſuitica politicæ tineę. Legum politicatum arroſores, Tubicines aulici: Ieſuiticæ bilis præfervidus æſtus. Invaſores libertatum & privilegiorum avitorum. Subtiles diſerti, & in concitandis affectibus acres, vehementes & imperioſi, ſed, non ſine geſticulatoria leuitate nimioque fucandi ſermonis ſtudio, & ardentiſſimæ ambitionis affectu. Repleti & impleti inexhauſta calumniandi & conviciandi libidine. Iactantes occultum & exoticum artificium inſtituendæ iuventutis. Actuales homines qui ex unis nuptiis geminas efficere norunt & ſolent. Illa præſens huius ſeculi Pandora, ex cuius fatali pyxide omnes Europæorum inteſtinæ calamitates hactenus ſcaturire viſæ ſunt. Servi nequam veteratoriâ calliditate pollentes. Audax ſecta ad res arduas tentandas, ſed parùm felix eventu. Bilis corporis politici pernitioſi actores. Vulpes per montes, Alpiumque iuga hinc inde commeantes & exoticarum artium Spiritum ferunt & perferunt. Aularum peſtes. Superiorum prçlatorum pædagogi, quos ut Aulæ Rom. Corycæos metuere & obſervare cogantur, peſtis politicæ. Fera beſtia. Ieſuitæ crucigerorum ſpurii, Ieſuitæ ſolertes, cauti, ſubdoli & fraudulenti: Staragrodzky Polonus.

Ex Literis ACAD. CRACOV. *ad Lovanien.*
Anno 1627.

IEſuitis mos eſt ubique res humanas aucupando cœlum iactare. Fuci Scholaſtici primo Agninam præ ſe ferentes, leoninam tandem, ubi vires ſumpſerunt, induentes. Inſociabilis ſocietas. Novi præceptores qui luxu & petulantia non virtutis ſtudio cathedras erigunt. Vbi dolo non procedere vult ad vim, calumnias & artes aulæ convertuntur. Conquirentes vicatim per ſuburbia diſcipulos & greges nebulonum. Quos nulla cædium ſatietas capit. Barbaros ad facinora conducentes. Faſcino quodam principum ſibi devincientes benevolentiam. Sanctuli. Advocatos intervertentes. Surreptitiis furtiviſque privilegiis agentes. Fortunæ

 nepotuli.

Digitized by Google

nepotuli. Qui internis conſcientiæ ictibus diſcerpuntur & miſerè dilacerantur. Vultu ſimulantes & fronte mentientes. Graphicè loquutulei. Scenicas & plebeiæ opinionis varietate coloratas Scholulas erigentes. Quærentes exterminium illuſtrium Academiarum.

Vitiis Pontificum & Curiæ Romanæ adulantes. Ieſu ſodales, ſed Ieſu gloriam non quærentes. Ieſum ignominia, probro & dedecore afficientes. Gentianus Herverus ad Salmeronem Ieſuitam. Anno. 1563.

Certos univerſitatum curſus everte contendentes, omnibus in rebus prævalere ſatagentes. Rationem ſtatus, non ſtatum rationis proſequentes, reipublicæ labes. Andreas Treviſius ad Acad. Salmantic. Ep. Anno 1627. Bruxellæ ſcripta.

Ex LIBRO *de* CAVSIS *publici Odij erga Ieſuitas.*

MOnopolium gratiæ apud DEVM & principes, inſtituentes Homines de Schola, nimium pretioſi operarii. Adumbrati pauperes ſtipes odioſè corrogantes. Modicæ fidei, manus oculatas habentes, nec credunt, niſi quod vident. Nunquam ſatis habentes, ſed ſemper plus petentes, donec nihil quod impetrare queant reliqui fecerint. Inter opes partas jam adhuc in petendo odioſi ſcientiæ opinione & perſuaſione inflati. Doctiſſimis quibuſque ſuperciliosè nimis imperantes. Tyrannidem in literis exercentes. Omnium rerum internuncii & pararii. Ardeliones & curioſi.

Ex ADMONITIONE *ad Henr. IV.*

IVdaitæ. Nomine qui Chriſti ſcelera atque piacula vetant. Queis magis in votis nihil eſt quàm nomine ſancti Fœderis è Soliis Dominicos depellere avitis, & jugulare pios reges populumque fidelem in proprios animare Duces & ad arma ciere, Sceptraque Francorum raptori tradere Ibero, Cunctaque terrarum Papæ ſubmittere habenis, Triſtes Sinones. Harpyiæ animarum. Authores ſcelerum & doctores

magiæ.

Digitized by Google

magiæ. Mancipia papæ. Cicadæ, vertumni. Qui falſo nomen IESV præfigunt fronti, titulisque Illuſtribus ornant. Cohors occultis ſtudiis & multâ callida fraude. Queis nunquam evomuit magis exſecrabile monſtrum Tartarus immitis, non peſtis amarior ulla Chriſtiadum terras corrupit & infeſtavit. Sceleribus referta, inviſa propago. Immunes operum contemptoreſque ſacrorum Impuri immites ſcelerati, & dira luporum ſemina, Agnorum celantes vellere virus. Stygio genitore ſati qui præſidet umbris Eſauitę, Iudaitica peſtis. Vltima fex hominum. Cacodæmonis excrementum. Quo nil terra tulit pejus nec fœdius unquam: Inferno Acheronte remenſa progenies. Fœdifragi. Teneræ deceptoreſque juventæ. Scelerata gens, Ranæ. Viribus inferni pollens & fraude parentis.

Ex SALVO CONDVCTV IESVITARVM.

DIra lues quâ nil trunculentius unquam extitit. Mundi non ſolum ſed & antaganiſta Dei. Nulla quibus hominum cura nec ulla Dei. Dæmonomagi.

Ex Epigram. ANONYMI *effigiei Cott. affix.*

IEſuitæ Dæmonia meridiana. Olidi Suitæ. rapientes nomen IESV. Spiritus perdens. Necromantæ Socij Cacodæmonis. Ieſu jactans de nomine nomen fœdi Dæmonis adminiſtri. Regicidæ.

Ex Tarræ HEBIO, *aliâs Conrado* BARTHIO, *in Amphith.*

COhors in orbe quæ modo alta magnatum feroce ſceptra cum libidine affectat. Ieſum mentita, cohors clepens, Harpagans, gloriam, ambitum, opes. Nil penſi habens involare peſſimis dictis bonos, nulla numina credens, niſi ventris arma quæ docent, luxus probat, Conſilia dira parricidali manu in capita regum ſacra moliens Deo, Impudici ſanguinis ſiti ebrij. Fœdi, doloſi, fraudibuſque perfi-

Digitized by Google

dis in fas nefaſque venditi Romæ Deo. Iuventutis malum. Impia Cerberi propago, Secta turpior omnibus Chimæris. Nullo Bellerophonte donandi. Tribarbari fex inficeti Ignatij. Semivira turpi Spina queis ſalit motu. Caſtratores. Patres patrati extra Sroici in domo Cyniſci, inficeta natio, malefaciens Dei genti, Lojolitica tribus, tenebriones, ſtoicidùm cohors. Hiſpanum nomen, proles Saracenica, Sævæ peſtilitatis cohors, Loiocolentes. Extremus Ditis conatus, chara Megæræ, Tiſiphonæ ſtudijs ſemper amica cohors. Quos per mundum omnem agitant, Furiæ igne ſacro, nuſquam ſtabiles, Queis conſcia corda malorum. Quos ſcelerum ſacer in crimina, turbo rapit. Maximum orbis humani opprobrium, Lucta ſæva Chriſtianorum. Flagrum ſtridulum irati Dei Veteratores. Fax & fex Lojolæ. Baſiliſci. Stirps horrida Ditis & Chimæræi gens Cyclopica. Perfidi latrones. Fax mundi. Opprobrium & lucta rerum. Fratres Lojolæ. Peſtilens ſecta Ignatianorum, atque igne dignorum. Credentes beatum nomen Ieſu tegmen optimum omnis infandæ libidinis, crudelitatis, & horrendi ſceleris. Confluentes errones. Struens ſecta falſimonias, peculatus & pericula regum & regnorum. Quos immiſit orbi cum ſororibus binis pallens Megæra. Stoicida ſecta Igni digni rabulæ, Everſiones regum machinantes, tumens Lojolæ natio, evertens arces, urbes, theſauros, & ſceptra Regum. Impia peſtis quam tueri eſt peſtilentia regum. Impia ſecta. Ver ſacrum. Ruina regnorum. Furentes Sophiſtæ, nec mares nec fœminæ, Ieſu latentes nomine. Quos Dis poſtica parte dedit. Arrogans ſecta tenebrionum. Dente fremens, Romana cohors contraria Ieſu, olim quam peperit Cerberus, *&c.*

Ex Simone STENIO *in Polinodia.*

CLerus Lojolitanus. Peſtiferæ doctrinæ ſemina inferens in patriæ damna ſuumque probrum. Quibus eſt frons perfida cordi, digna odijs hominum vindice digna Deo, Hiſpano Clerus fundatus milite Paulus Tertius. In terris cui ſummus Epiſcopus eſſet, Papæ mancipia. Aſſaſſini Sodales.

Digitized by Google

dales. Quaſlibet ad cædes ferroque doloque parati, ſecta nihil meditans aliud procerum quam funera, Quorum Idolis obſtat pietas multiplicandis. Sicarij haud uno carnifice digni. Spargendis Dogmaſin authores. Queis regna ruunt & mars bella cruenta excitat, & totis pax exulat aurea terris. Nebulones ſcelerati. Gnari ſimulare & diſſimulare, loco, tempore, nominibus & veſtibus permutatis. Mirifica ars quibus eſt dicta Æquivocatio fallax. Arguti monachi quos Germanis Iberia mittit vel Roma referta Lupercis, omnibus in terris nati furialibus auſis. Socij, quibus eſt os mello refertum, Cor fellis plenum. Fratres ordinis antri. Suaviter irridens homineſque Deumque potentem ſecta ſacer ordo. Ex ipſo ad ſuperos Acheronte profecti. Socij ſpiritus mendacis & homicidæ. Qui nomen Ieſu nequiter infamant. Qui ciunt in noſtris terris horrenda bella. Soboles à patre profecta cruento. Quibus eſt veſania mentis. Nil qui ſapiunt Apoſtolicum, nil mite, ſed atrox, Antichriſti vexilla ſequentes, cui ſacramentum dudum dixere, parati Illius exequiet juſſum linguaque manuque. Quibus mater ſuperſtitio, & artolatria filia, & ambitio Germana, ſuperbia neptis. Quos Lojola miles Iberus Pontifici conſecravit propriosque dicavit. Hujus ſecli Aſſaſini ſuiſque parati. Quodlibet ad facinus quod vel juſſit obire, vel pater iniunxit, quem nobilis ordo veretur. Monſtra quorum ſimilia non tulit aut ſeclis ullis feret ultima Cube. Doctrinæ peſtes, & livida religionis ulcera, quę fœdant turpius ac Harpyiæ quondam Phineia fercula menſæ, unum Pontificis ſolium exaltare; ſueti; per terras omnes volitantes.

Ex POVELLI *Libro de Antichriſto.*

LOjolanæ factionis blaſphemi monachi: Pontificis Romani & papanæ Eccleſiæ acerrimi propugnatores, Lojolani Hæretici, & Agyrtæ. Lucifugæ. Perſonata & meretricia forma turgidi. Papalis dignitatis inſtitores, aſſertoreſque ſtrenui & papanæ Eccleſiæ columnæ & fulcra. Egregii Pontifices Romani. Satellites & fortes milites. Papanæ

Eccleſiæ. Impuri Spiritus Apocalyptici.

Ex EVPHORMIONE LVSINIO.

ACigniani, pullati Eutychiani, populum ſacrorum, & religionum terrore devincientes, principes populi metu, magnates principum ficta benevolentiâ tenentes. Omnium ordinum vires privatæ domus limine concludentes, omnium negotiorum ſequeſtri & arbitri.

Bellorum auctores. Novarum diſſenſionum ſemper incenſores. Senatus Venetus Anno 1607. *Venetus.*

Harlæus. Gens ingrata. Novitij Theologi. Harlæus præſes Parl. interceſſione ſua ne Ieſuitæ reſtituerentur 1604. apud Thuanum. l. 137.

Ex AVTHORE CONSILII; *Quare Ieſuitæ in Valeſia non recipiendi.*

COrycæi, Sacrilegi. Harpyiæ Induperatores, ſeductores, Exleges, Domini, ſumptuoſi hoſpites, Teſtamentorum captatores.

Ex Oratione MORTIVILLERII *Rectoris Pariſ. Acad. contr. Ieſuit. 1611. habita.*

IMportuni Hæredipetæ, qui ut corvi prædæ inhiantes non niſi injecta in os offâ recedere ſolent. Sagaciſſimi patres totum orbem dogmatum ſuorum facibus incendentes, Gigantes, qui volumina voluminibus, ut montes montibus imponendo cœlum ſapientiæ ſcandere ſe putant. Arcanâ quadam arte munerum copiam paſſim ex omnium manibus & loculis elicientes. Puriſſimum ac verè Chryſtallinum oculi Gallicum humorem admixtis exotericæ doctrinæ ſordibus perturbantes. Novus & Gallicano Genio inuſitatus religioſorum hominum Cœtus, è finibus monaſticę profeſſionis exiliens.

Digitized by Google

Ex Pyramide Parisina.

MAli magiſtri, Genus hominum, novæ ac maleficæ ſuperſtitionis Hiſpanicæ columnæ, Gallicæ juventutis corruptores, pacis, tranquillitatiſque publicæ turbatores, regis proditores, & patriæ deſolatores.

Ex Diplomate Anglico 1602.

REgis Hiſpaniæ buccinatores, ſummæ indolis Iuvenes aucupantes. Inſtituendæ Iuventutis Monopolia.

Ex Oratione Eqvitis Poloni *contra Ieſuitas.*

MOnachorum familia quæ à Ieſu Salvatore nomen habet. Ad res omnes debilitandas, & evertendas nati. Gabaonitæ Hiſpanici. Pallio modeſtiæ tecti, calceis Hypocryſeos induti, ſimulatione paupertatis, modeſtiæ, pietatis, caſtitatis ornati. Spiritus Ieſuiticus & Gabaoniticus. Peſtes & monſtra. Quos cibus alienus & otium feroces reddit. Scelerati homines. Hiſpanici Ieſuitæ. Ieſuitę cruciferi. Ieſuitæ omnium virtutum genere larvati. Exploratores Gabaonitæ. Nitidi & ſplendidi, potentes & gratioſi, patres pietate ſimulata, vultu atque habitu ad homines decipiendos comparato. Homines obſcuri, peregrini, plebeij. Duces ſeditionum atque conſpirationum. Neminem hominem præ ſe eſſe putantes, ſe ſolos ſanctos, ſolos doctos exiſtimantes, ferentes ſemina diſcordiarum, bellorum & ſeditionum civilium. Cuticulam ſuam curantes, pecuniam colligentes omnia ad ſe trahentes, In fraude & ex fraude viventes. Viperarum progenies. Ad patriæ perniciem viventes.

Ex Pont. Tyardæo, *Epiſcopo Caballonenſi, in Apologia contra Ieſuitas.*

ACres Moloſſi Venatoris Romani. Quorum animus vultu, & flagitia parietibus teguntur. Quale ſolet ſylvis

brumali fugere viſcum, Fronde virere novâ quod non ſua ſeminat arbos, tale eſt hoc hominum genus. Qui cum ſuam ſedem non habeant, in aliena vivunt. Viſcus merus ſunt. Viſcata ſunt eorum verba, viſcatus omnes habitus & vultus, geſtus, motuſque corporis viſcatus, viſcata maxime, fictitia ſuperbaque, humilitas, viſcatum & ambitioſum eſt honorum faſtidium avaraque divitiarum aſpernatio & averſatio viſcata eſt. Toti ſunt viſcidi. Qui ſub ſanctę religionis velo decipulas, impietates & omnis generis ſcelera contegunt. Qui nefarias, infandas, ab Angelis deſertoribus proditas, & à Deo interdictas vetitaſque ſacris Liturgiis immiſcent artes. Hypocritæ religionis ſimulatores & parietes dealbati. E Scholâ & pulvere Rhetorculi declamatores. Venditantes ſe ſacros concionatores. Qui concionibus ſeditioſis accommodatiores ſunt, quam tranquillis moderatiſque ſermonibus. Qui loco Evangelicæ lectionis ſigna dant militibus, & pro hymnis divinis claſſicum hormum ſeu orthium bellicoſum Minervæ donant, & ſonant.

Ex Libello ſupplici ACAD. PARISINÆ, *Anno* 1544.

SEcta magnas confuſiones in diſciplina Scholaſtica excitans, turbis cauſam dans. Aperte ſe factionis partibus Hiſpanorum addicens. Diris ſeditionibus non ſolum urbem Pariſinam, ſed totum regnum Galliæ miſcens. Secta ad labefactandam omnem diſciplinam tam civilem quàm Eccleſiaſticam introducta. Secta negans obedientiam Academiæ, Rectori Academiæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Curionibus. Secta peſtifera; obliti ſacerdotalis profeſſionis ſe immiſcentes publicis negotiis. Exploratores Hiſpanorum.

Ex Oratione Antonij ARNOLDI, *Advocat. Acad. Pariſinæ.*

HIſpani partibus addicti. Qui reges cum proceribus regni committere aſſueverunt. Homines origine & inſtituto

Digitized by Google

ſtituto Hiſpani, proditiones ſpecie religionis introducentes, Emiſſarii, fucati ſacerdotes, quorum teſſera eſt unum Deum, unum pontificem, unum Chriſtiani orbis regem. Arſacidarum & Aſſaſinorum ſucceſſores, acres Philippici nominis Satellites, ad excogitandum acutiſſimi, ad audendum impudentiſſimi, ad efficiendum acerrimi, tam in ſcelere vigilantes, quàm in perditis rebus diligentes. Secta periculoſa Eccleſiæ pacem turbans, monaſticam diſciplinam evertens, & magis in deſtructionem quàm ædificationem vergens. Novi ſectatores, nec regulares nec ſeculares. Hiſpanorum ſpeculatores. Hiſpanienſis ſchola. Qui ubique apertis ſcholis, quaſi inciſis venis Academiarum ſuccum atque ſanguinem depaſcunt. Hiſpanorum Corycæi, homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus.

Ex Oratione Ludovici DOLÆI, *contra Ieſuitas, pro Curionibus habita, apud Thuan. l.* 110.

PAſtores univerſales, circumcelliones. Hamaxarij Epiſcopi. Mentis Pontificię oculi. Qui Hiſpanum ſolem aſpiciunt. Emiſſarij Philippi, quibus præſidium mentibus, Francorum impoſuit pernitioſi magiſtri, Perniacioſa & ſanguinaria. Secta Ieſuitica Ordines Batavici in edicto 1596. *Batavi.*

Ex CARDINALIVM, ARCHIEPISCOPORVM *&* ALIORVM.

NOn pacis interpretes ſed ſeditionis buccinatores, & regiæ majeſtatis prophanatores. Impij graſſatores. Aucupium in religione quærentes. Maleferiati homines. Nefarij homines.

Ex CENSVRA *Facultatis* THEOL. PARIS. *in Librum Sanctarelli.* 1625.

DEmentati homines. Acerrimo Hugonotorum odio flagrantes patres. Perverſa Ieſuitarum ſodalitas. Ex colloq. Ieſuitico. Phariſæi. Veſtiti pulcherrimo nomine Ieſu.

Digitized by Google

ſecunda beſtia Apocalyptica.

Vtiliſſimi ſedis Romanæ miniſtri, Epiſtola de Excell. Soc. Ieſu. Epicuri Diſcipuli. Novi Hercules Theologiæ bellorum paciſque aibitri.

Ex HARLÆI *interceſſione apud Thuanum l.* 132.

PResbyteri & Scholaſtici Claromontanæ ſcholæ, qui nomen Ieſu ſibi ſumunt. Illicitum nomen ſibi tribuentes, ſe ab omni poteſtate Eccleſiæ eximentes, Doctrinam ad evertenda regiæ poteſtatis & auctoritatis fundamenta excogitatam tuentes, proditores ac perduelles. Novitij doctores qui cæteros præ ſe deſpicientes, ſeparatas ab alijs ſcholas habere volunt.

Ex diverſis ANONYMIS AVTHORIBVS.

SItientes ſanguinem Chriſtianum. Hoſtes ſacræ ſcripturę, ſeductores ſubditorum. Impudentiſſimi ſtentores. Inventores novorum dogmatum, Aſini Bileami inſeſſores. Ieſuiticę Sphinges, peſtilis ordo, Petaſati patres. Qui Ieſum verbis, Dæmona corde gerunt. Ditigena lues. Novi ordinis ſacerrimi homines Monachique qui animo firmati. & frontem triplici ære vallantur, omnem turpitudinis infamiam audaciæ magnitudine perſeverantiaque diſcutientes. Mariani. Theatini. Quadricernunti. Ieſu-bellitæ. Vltimum & pernitioſiſſimum Sathanæ virus. Mancipia papæ. Nobiles papæ Sycophantæ. Sputum execrabile papæ lambentes. Apoſtoli Luſitanici. Inter Epiſcopos ſeſqui monachi, & inter monachos ſemi-epiſcopi. Nova Phariſæorum, & Hypocritarum ſecta. Pontificis Romani Moloſſi, & canes venatici. Rerum omnium indagatores, & perrimtores. Vaferrimi veteratores. Caſtoris inſtar dubij ordinis, omnium plumas furantes. Non una ſparta contenti. Paſtoribus reliquis ſuas oves ſurripientes. Cæterorum Canonicorum exuviis divites, ſubdolo hamo piſcantes. Gehaiæ Hiſpanorum tibicines. Circulatores Cybeles. Scelerati & parricidales magiſtri. Æquivocationum authores. Confeſſores curioſi, prædicatores verboſi, Doctores

Digitized by Google

ctores faſtuoſi ſemper de gloria & pecunia ſolliciti. Sui ſummi laudatores, aliorum contemptores, omnium cenſores. Audaces ad petendum, prompti ad capiendum. Periti mendicantes, eminentes inter clericos, imperantes inter Laicos. Verſipelles, glorioſi, ultores ſeditioſi. Oſtentatores. Nugarum venditores. Docti Sycophantæ, periti Solophantæ, ſuaves palpatores, Aulici aſſentatores. Superciliosi. Habentes opes Venetorum, faſtum Hiſpanorum, imperium Romanorum, tanquam reges dominantes, tanquam fures deprædantes. Loquentiſſimi, mendici mendaciſſimi, detractores peſſimi, ſcelerum theatra condentes ampullata verba fundantes, bonos denigrantes, malos probantes. Hiſpania queis genetrix. Italia eſt obſtetrix, & Gallia dives nutrix. Sancto gaudentes nomine, vero at carentes omine. Non Chriſti Satellites ſed Antichriſti velites. Ævi noſtri legulei & renati Phariſęi. Perverſa comprobantes, quæ recta ſuggillantes. Principum Sicarij orbiſque incendiarij regnorum proditores, legumque fraudatores. Papæ Romano famulantes, regi Hiſpaniæ adulantes, bella poſt bella ferentes, nihil niſi lites quærentes. Ignorantes incantantes. Laborantes ſupplantantes. Fœminis nugas vendentes, Iuvenibus retia tendentes. Tam nummorum appetentes, quam ſalutis negligentes. Moribundos faſcinantes & cor ægrorum lancinantes. Profitentes paupertatem ſed nil facientes egeſtatem. Gratis legentes, gratis nocentes, aurum legentes, viro nocentes. Herodiani Hiſpaniſati impoſtores, effrenes, Erynnides, Scioli, Sues, vineam domini perdentes. Inquiſitores, vani jactatores, vacui virtute, Tartareæ tubæ, abſorptores bonorum & animarum. Applauſores Papæ. Alaſtores. Luperci. Quinta eſſentia ordinis monaſtici. Scorpiones Hiſpanici & Spirituales. Ranæ Apocalypticæ. Papæ nervi. Quietini. Perduellionum & ſeditionum ſatores. Plebis corruptores. Qui plebi non vinum evangelicum, ſed venenum & cicutam romanam propinant, Pontificij legati. Novi peripati. Creaturæ papæ noviſſimæ & nequiſſimæ. Athei in quarto gradu. Qui toti orbi negotium faceſſunt. Hiſpanicæ factionis aſſeclæ, & inſtrumenta velu-

ti auxiliarij milites. Veredarij papæ, & curſores regis Hiſpanici. Philtra Beſtiæ Apocalypticæ, per totum orbem circumferentes. Hyperphilauti. Diaboli incarnati. Angeli deſtructores. Diaboli Zizania hinc inde Serentes. Novi Rhetores, aliud in ore aliud in corde habentes. Orbis univerſi præter ordinis ſui hoſtes Audaces in petendo, faciendo, negando facinora perpetrata. Subtiles in dicendo, habiles in cogendo, celeres in comminiſcendo. Devota regis Philippi mancipia, Superſtitionum ſequeſtres. Papatus promachi. Portentorum alumni & miniſtri. Corvi Emiſſarij. Mirabilarij. Iudicis Pontificis Roman. Pegaſi, & curſores. Ghieſitæ. Monachorum Scorpiones & flagella. Legati & pararij regis Hiſpani. Papæ lictores. Saulitæ. Chriſtianorum Philiſtæi. Ieſum vitantes. Novi Heroſtrati. Pulverarij. Mercenarij religionis præcones.

Sequuntur jam Germanicæ & Belgicæ Ieſuitarum Deſcriptiones ex varijs AVTHORIBVS *deſumptæ.*

DE Heeren van den knechten Ieſu, dē nieuve ende noyt gehoorde Orden der Ieſuyten, die ſoodanighen vvegh der volkomentheydt ingaen, vvelcke noyt eenighe Propheet ofte Apoſtel is in den ſin ghekomen. Die vierkante hoeden enn mutſen-dragers, die als Quackſalvers achter Landt loopen, dat heylighe gheſelſchap, van het Duyven-Broederſchap Ieſu, welke met den Duyvel een onderling verdragh vveten te maken. Die leſte Vorſſchen, vvelcke dat Dier uyt den poel ſpout, ende die den ſelven vvederom op het kuſſen helpt. Die onnutte Verckens, vvelcke om harer onreynigheydt ende vuyle beſmettinge alſoo genoemt vvorden. Des Duyvels ſteke blat, vvyt van Ieſu, ende tegen God, Ieſſereers, ende Huerlinghen, Heſiten: Die Lazarige jongens, Des Duyvels laetſten veeſt. Der Ieſuyten, ofte (om beter te ſeggen, Eſauiten) Schildtpadden, ende vierkante mutſen. Vierſinnige Ieſuyten, teghen Chriſto. Die nieuve huychelaers, Dotten ende Brandtuvt-ſchickers, Die ghenaemde Ieſuyten, vvelcke ſich voor Hofpredickers, Biechtvaders, ende Vorſtelycke Preceptoren uytgheven; ende in't ghemeyn verdervers der

ker-

Digitized by Google

kercken, ſcholen ende Ionckheyt, des Paus onder-hembt, daer aen by (met vverlof) te ontyde ſynen Eers vviſcht: Des Paus Travvanten. Condæus in ſyn uytſchryven Anno 1515. Verdervers der Ieught, vyanden van het ghemeyne vvelvaren. Vyanden van Coninghen, Vorſten, ende hare Rycken. Parlament. in dipl. Anno 1594. Des Paus ghetrouvvſte dienaers. Archliſtige Ieſuytē. Verderffelycke Secte, verdervers der Ieught, verſtoorders vanden algemeynen Vrede verachters van Coninghen, ende ruineerders des Vaderlandts. Pyramis Pariſina. Die ſchyn-heylige Secte der Ieſuyten. Vergifte leere: ſchadelycke ende oproeriſche Secte der Ieſuyten: Oorſake van den ſtaet in Bohemen Anno 1618. Onruſtighe menſchen: Soeckers van hare eygene verbanninge uyt Sileſien Anno 1619. Geſpagnioliſeerde, ofte Ghehiſpanoliſeerde Ieſuyten. Des Paus leſte Creaturen. Spaenſche Apoſtelen, Ieſuytſche Spagniaerts, ofte gheſpagnioliſeerde Ieſuyten. Des Spagniaers Dienaers ende poſtſchryvers. Spaenſche Roof-vogels: Hoogh-ſchadelycke onghedierte. Spaenſche ooren-blaſers. Tyranniſche raedt-gevers, des Paus Slaven, ende Spaenſche Vaſalen. Verderffelycke raedtghevers. Booſe aenhitſers, verſtockte ende altydt vveder-ſtrevende Ieſuyten. Schadelycke Vorſchen, Svvarte Ruyters, konſtelycke met kruyt-moorders, ende moordt-beſtellers. Vreden verſtoorders, vyanden des Evangeliums, ongehuerde menſchen vernielders. Geeſtelycke Spaenſche Sprinckhanen. Arme lieden, ſonder ghebreck, demoedigh ſonder verachtinghe; ryck ſonder arbeyden. Vadermoorders, Branſtichters, des Coning van Spaengiens ghetrouſte Dienſtknechten. Ieſuyten, vvelcke als Iudas onder het gheſelſchap Ieſu ghehooren. Indiaenſche ende Portugaelſche nieuwe Apoſtelen. Quinta eſſentia der Monnicken, half VVereltlyck enn half Geeſtelycke. Bedriegers, ende liſtighe leugenaers, Gods Stadthouder, ofte des Paus referendarii enn nieuwe tydingh ſchryvers. Stadthouders van den heyligen Stoel, ende bedriegers des gantſchen Werelts. Gheeſtelycke grote meeſters, Doorluchtighſte Orden der Ieſuyten. Gepriveligeerde meeſters in allerhande onbeſchaemtheyt Bolvverck der huychlarye des nieuwen Pausdoms. Brullende Leeuven, Springh aderen der Roomſche Catholycke Religie. Ieſuyten, Hemel-ſtormers, enn booſe lieden, vvelckers gemoet van Ieſu vvyt is. Des Paus Sergianten: Sathans lieve ende ghetrouvve diennaers: Des Duyvels poſt boden. Leſte bloet-

Digitized by Google

vergieters, vvelcke den Moortgeeſt den Duyvel cieret Onvoedelycke gheſellen, ende des Paus geſelſchap: Nieuve Schoolmeeſters, huychelaers, oogenblinders ende vermomde heyligen; Godloſe ende onheplighe heyligen. Des Duyvels tvviſt maeckers, Vervloeckte aert der menſchen. Anticotton. *Bloedtdorſtige dieren, enn Oorloghs fackelen, die men liver uyt, als in het Lant ſien ſoude.* Idem, *Ieſuyten, niet Godes, maer des Duyvels martelaers, Booſe, Moortdadige Schoolmeeſters, vernielende Vorſchen ende vergiftige Padden; vvelcke met hare ſlymighe ende poel vergiftighe onſuyverheydt, de gantſche vvereldt. ſoo te vvater als te lant, beſoedelen ende onreyn maken. Vorſſchen, vvelcke uyt den Roomſchen Poel opklimmen, ende ſich door de geheele vvereldt uytbreyden, die ſy door hare Roomſche Ieſuytſche Vorſſchen ende Paddenſlym beſmetten: Dubbelſinnige Leeraers, moortgeeſten, in hare verborghentheden vvyt van Ieſu. Nachtroovers, opgheblaſene, eerſuchtige ende roemgierige gheſellen. Archliſtighe ende dubbelſinnige orden, half geeſtelyck ende half vvereltlyc. VVonderdier, ongebonden Monicken. Dieſſche Mercurialiſten. Sophiſtiſche baetſoeckers ende bloet egels, in het natrecken van ander lieden rykdommen ende goederen. Vervloecte ende vergiftige veel-verruvvige Eert ſvvynen. Grimmighe Ieſuyten. Nydēghe ende fenynighe Geeſten, Telchmes ende Alaſteres. Duelgeeſten, Helſche leeraers. VVel-ſprekende Quackſalvers ende Tantbrekers, Hoofſche Beelzebubs. ende muggen Koning. Des Paus nieuvve Leenlieden, ontydigh ghevvas der Ieſuyten. Hermaphroditſche ofte dubbel natuerlyck ghevvaſch der Ieſuyten. Nieuvve te ſamen gheraepte Monnicken Archliſtighe Sophiſten. tvviſtbrengende ketterſche ſecte. Schadelyck onkruyt der kercke Gods, nievve Hierarchie. Verdervers, ende vervoerders der eenvoudige oude Vrouvven, ende jonge kinderen: Eenvoudige ſchapen van buyten, maer archliſtige Voſſchen van binnen: rouvve ende blauvve damp verkoopers, aerdige* cincinatem, *die als ordens lieden geen goedt beſitten en ſouden, doch die de ſelve op allerhande manieren vveten na haer te trecken, ende die te beſitten. Rycke Collegianten ende Burſanten: Groote Rent-viſſchers: Lockvogels, die een Spiringh uytvverpen, om een Cabellianvv te vanghen. Konſt verrichters: Lantbeſchyters. Vervvoeders ende verſtoorders, ſoo vvel van den Geeſtelycken als VVereltlycken ſtaet. Vrouvven ooren kittelaers. Des*

Paus

Digitized by Google

Paus ooghendienaers. Voorneemſte aenhitſers ende aenſtichters tot den Oorlogh. Onghebondene gheſellen, ende uytgheſchudde boeven. Anonymis Authores. *Eergierigh, opgheblaſen, ende een vvraeckgierigh Gheſelſchap.* Cardinalis Moronus.

CATALOGVS
VEL QVASI
TESTIVM VERITATIS
DE IESVITIS.

Ex Ioannis Paſſeratij Profeſſoris Regij præfatione in diſputationem de ridiculis, quæ eſt apud Ciceronem l. 2. de Oratore. *Paſſeratius.*

LVſtranda igitur & expianda nunc Academia Muſiſque iterum dedicanda, diligenti cautione adhibita ne amplius earum templa & ceremoniæ contaminentur. Id ut recte fiat atque ordine, abigendæ ſunt inprimis obſcœnæ volucres, quæ rapinis contactuque omnia fœdant immundo.

Decolor eſt illis, Vultus, teterrima Ventris
Proluvies, uncaque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Non agnoſcitis volucres: agnoſcite ſine plumis bipedes;

Curva quibus pullam ſubnectit fibula veſtem.

Has Harpyias niſi Senatus, & ampliſſimi Ornatiſſimique Viri, quibus Academiæ Scholæque Regiæ inſtaurandę tradita eſt provincia, fugarint & exterminarint, ut pinnati Aquilonis filij in fabulis, fruſtra littoralibus Diis vota nuncupabimus: rurſus ad eos ſcopulos, ad quos nuper eſt fermè adflicta, navis noſtra referetur. Nec quicquam in Muſarum fundo ſudabimus: nec quicquam lolium, carduos, lappas, & tribulos

Digitized by Google

exſtirpabimus, niſi ex agro noſtro hæc filix radicitus evellitur. Meminiſſe debemus quonam pacto profugi homines, nec minus vagi quam Scythæ, nova gratuitæ Doctrinę profeſſione vulgo commendati, huc irrepſerint, & ἀντὶ Θεῶν in Academię parte conſederint: quibus artibus, inhiantes locupletum fortunis divites orbos, vel cœlibes, deliros ſenes, ſuperſtitioſas mulierculas, & adoleſcentulos imperitos deceperint, & velut Circeo poculo repente immutarint, ut religionis ſpecie, quam inexplebili avaritiæ, ſuiſque fraudibus obtendunt, equum Trojanum paulatim introduxerint: ut ſemper in inſidijs manſerint, & in ſpeculis ſteterint, proditionis occaſionem expectantes, ut, eâ oblatâ, machinam ſuam continuò aperuerint armatiſque hoſtibus hanc urbem & totam Galliam omni genere calamitatis repleverint. Ne verò inſidias & pacatam peſtem caveremus, nevè impendentia proſpicientibus ac prædicentibus cordatis viris crederemus, obſtiterunt. Coræbi quidam atque Vcalegontes, qui plures in Ilio noſtro, quam Laocoontes fuerunt. Et hos adhuc habemus in ſinu Sinones?

Quid hos, malum, fovemus, aut quid hi ſciunt
Niſi uncta devorare patrimonia?

At gratis docent. Muta literulam, rem acu tetigeris, Gratis nocent: eoque mactandi majore infortunio, quod gratuitò ſunt mali: quanquam vix iſtud ſibi perſuadebit, qui eos benè noverit. Teſtes honeſtiſſimæ ampliſſimæque familiæ, quarum ſanguinem pro levi docendi opellâ, & exiguo minervali iſti hirudines exorbuerunt. Teſtis immanis eorum cenſus, qui cum Regum ac ſummorum Pontificum opibus certat. Præclara liberalitas, repudiare drachmam, ut talentum extorqueas. Mirum genus benignitatis, pro ſtipe menſtrua, immenſæ pecunię legatæ, opimaſque captare & rapere hereditates? Inſtitutio puerorum his aucupibus eſt. Illi autem pendebunt pulcrè qui ab ea tranſennâ turdi lumbricum petent. Gratuita doctrina illis eſt pro hamo, vel potius pro reti-jaculo, quo callidi piſcatores cuncta converrunt cum pulviſculo. Stolidi parentes, qui ſuos eis credunt libe-

ros

ros; eadem operâ columbas accipitribus, pullos milvijs, & oves committunt lupis. Sed quid tandem iſti per aureum funem de cœlo delapſi magiſtri diſcipulis ſuis tradunt? nihil ſapere, ritus Hiſp. odium legum inſtitutique patrij, & ut priſcis utar verbis, imbelliam, imbalnitiem, impolitiam, imparentiam, meramque, cum Lavernæ ſacris, barbariem: quam conſulto huc invexerunt, opinor, ut eam ſoli docerent. Interim deliteſcunt in vepretis noſtris nitedulæ, quæ rem civium arrodunt: nobiſcum impuné verſantur ſpeculatores & exploratores Philippi, & ejus tyrannidis acerrimi Satellites. Atqui diſcuntur apud eos boni pudicique mores. Sanè triſtes cum adſpicias, Frugi cenſeas: nec tamen ſi fibulam geſtant, ſunt Hippolyti, nec ſi bonos auctores evitant, ideo bonis placent, Gallis præſertim, quibus natura ſunt inviſi Deliaci. Magna laus eſt ſcilicet, ac palmarium facinus, ex hirco caprum, ex ariete vervecem, ac ex verro majalem facere. Atque utinam fabri patribus eorum, quâ parte opus fuit, perpetuam impoſuiſſent fibulam: recta hic non depravarent ingenia, dum curva corrigere videntur, nea ΚΡΗΤΕΣ ΑΕΙ ΨΕΥΣΤΑΙ, ΚΑΚΑ ΘΗΡΙΑ. ſuos edocerent artem mentiendi, & dolos, quos appellant, induſtrios. Quid autem aliud præciperent vulpeculæ, ſi ſcholam aperirent? Sic amant verum hi Chamæleontes, polypi ac ſtelliones. Hujuſmodi doctrinam & hos mores nos illis non invidemus: ſibi habeant, abeantque ſimul cum ſtrigibus ΩΚΥΠΟΡΟΤΕ ΕΠΙ ΝΗΑΣ & illuc revertantur undo malum pedem huc attulerunt? Iam pridem vaſa collegerunt: profectionis ſignum datur: quid morantur amplius? Academia noſtra certè, quæ longum periculoſumque morbum eorum contagione contraxit, niſi hoc levetur vomitu, vix unquam convaleſcet.

Digitized by Google

Turnebus. Ex Adriani TVRNEBI Epiſtola ad Carolum Lotharingum Cardinalem, de Profeſſorum honorario, in lib. Poëm. ipſius Pag. 59.

QVæ nova ſurrepit ſecta, & mentitur Ieſum,
Dulce latrociniis prætendens nomen opertis.
Tartareis emiſſa vadis, ſpoliaria plebis
Inſtituit, ſperatque ſuos ditare latrones.
Iamque gregem paſcit ſimulatio dira rapacem.
Semper inuncantem viduarum è viſcere prædas
Fallentem pueros & inertia pectora vulgi
Vervecum in patriâ craſſoque ſub aëre nati
O larvæ & lemures, veſpertilionis habetis
Caligantis opes, & cæcæ pignora talpæ.
At nos, fallaces qui nec præſtare ſophiſtas
Poſſumus, aut volumus, populum nec depopulari
Suevimus, aut fraudare: ſolo nec vendere cælum:
Qui rectum virtutis iter ſine fraude docemus.
Præmia quæ ferimus? vix ut toleremur in urbe
Quem ſpoliat prædo, togulam cui fibula nectit.

Ad SOTERICVM gratis docentem.

TE gratis narras, Soterice, velle docere
Vt gratis agat ergò tuo ſuadeto patrono,
Qui vocem multo venalem venditat auro
Procurator item facito tuus improbet aurum
Summittatque genu nulla mercede redemptus.
Quin etiam ſanctum, te quæſo, doceto Senatum
Ne petat à noſtro ſtatui ſibi commoda rege.
Sportellaſque dari, Sed procurator opellam,

Si vendit,

Digitized by Google

Si vendit, ſi cauſsidicus ſua verba locare
Conſuevit, Si legitima mercede ſenator,
Donatur, decus ut queat ordinis inde tueri
Stoica quam dicis credent paradoxa forenſes
Lucra aſpernanti nemo tibi credet eorum
Illa fori quæcunque, vides ſubſellia quæſtus
Implet, & anguſtum magna emolumenta tribunal.
Quæ ſi quis tollat, fuerit mox curia ſola.
Te ſimulatorem comœdumque eſſe putabunt,
Nec ſtipe contentum cenſebunt eſſe minuta
Sed Teſtamentis inhiare, lucriſque beatis,
Inſidiatorem captato remque loquentur
Atque eleemoſynas avertere pauperis, atque
Amplas ſectari prædas, contemnere parvas,
Mallem equidem tibi grata foret mercedula parva
Quam congeſta ſimul Claramontana talenta,
Indicio quæ ferre rapax conaris iniquo
Debita pauperibus, non nexæ ad guttura veſti
Sed pietas jam nata tua eſt, animuſque benignus
Magna petis, qui parva fugis: pietatis avaræ
Huius amore tuum pectus ferveſcit, & ardet.
Nemo velit quiſquam cauſa ſtipis eſſe latronum
In numero: maiora cupit, ſpoliare paratus,
Et iugulare homines: queis ſit dare præmia promtus
Vt trahat in fraudem, ſpoliiſque exinde fruatur,
Exiguum ſic tu pretium contemnere ſuetus,
Illicis ut iugules fortuniſque omnibus orbes.
Evertaſque bonis, exhæredeſque propinquos,
Et teſtatoris cenſu potiaris opimo
Cui curatorem prætor dare debuit olim.
Eja age nobiſcum ſic, quæſo, paſciſcere: triplex

Accipias pretium, legataque cuncta relinquas
Abſtineaſque manus alieno, & munera temnas,
Verum hoc Harpyiam certè ſcio nolle paciſci.
Gratuitum jactare igitur nolito laborem,
Quando in fortunas prædo graſſaris opimas,
Quid, quod cum ſoleas quartus quintuſve docere,
Fucorum ignavas pecudes præſepe ſaginat
Mille, quibus nec diſcendi nec cura docendi?
At nemo noſtrum ſeſe tolerare potis ſit
Mercede, ignavos nedum nutrire queamus
Præterea quare adfectas in eâ Vrbe profeſſor
Eſſe, profeſſores alijs quæ mittere ſuevit?
Diſcipulos quæ vix tot habet, quot docta Magiſtros,
Oſtendunt feſtis ut compita picta Kalendis?
Vnum aſſem quoniam diſcentibus ipſe remittis,
Idcircone Vrbeis rodent pecuaria mandræ
Ignovæ, Phariæque examina ſcæva locuſtæ?
Quæſticulum juſtum qui negligit, imputat idque
Civibus & regno, & prorſus ſe pernegat eſſe
Cuiquam oneri, nec habet fundatas cenſibus ullis,
Queis ſeſe tueatur opes, cenſore Catone,
Exuvijs hominum & præda paſcatur oportet,
Mercedem cur, quæ debetur, negligis? illam,
Quæ non debetur tamen exigis? ede quid illi
Sint abs te docti, quorum bona prædo tu ſiſti:
Quorum legatis nunc fortunatus abundas.
Hoc tibi propoſitum eſt, hæc mens, cumulare bonorum
Congeriem, villas & prædia quærere multa,
Atque poteſtatem, vitæque neciſque parare,
In ſtupidum vulgus? quod tu cum feceris, hortos
Mox Epicureos ſegniſque, ſaturque peteſſes,

Grapma-

Grammaticoſque omneis, doctores atque magiſtros
Diſcipulorum inter cathedras plorare jubebis.

HÆc (Ieſuitica) Societas videtur in negotio fidei periculoſa, pacis Eccleſiæ perturbativa, Monaſticæ religionis everſiva, & magis ad deſtructionem, quàm ad ędificationem. Et in cenſura contra librum ſeditioſum lata Anno 1625. d. 26. Novembris vocat hanc Societatem vulpeculas parvas quæ demoliantur vineam Domini, & poſt aliquot verba in ejus circuitu, impij ambulant juxta proprias conſcientias, homines inquieti; ſibi placentes, præſcriptum in hoc judicum, ut quæcunque ignorant, blaſphement arbores autumnales, Dominationem ſpernentes, Majeſtatem blaſphemantes, quippe qui ſub ovina pelle luporum aureorum rabiem & rapacitatem contegunt. Tomo. I. Mercurij Ieſuitici. *Sorbona*

Ieſuitę in docendo neminem, ne quidem æqualem aut etiam inferiorem pati volunt, niſi forte patrum nutu, tanquam Equus generoſus, Dom. poppiſmate flectatur. Sorbona Pariſienſis in proteſtatione Anno 1609. *Sorbona*

Anno 1603. d. 29. Decembris Parlamentum Pariſienſe Regi HENRICO IV ſcriptum exhibuit, quo intercedit reſtitutioni Ieſuitarum, in eo etiam inter alia dicit, quod Secta ſit ſtatui Eccleſiaſtico & Politico damnoſa, quod ſecta, quæ ęgrè intra limites officij contineri poſſit: quod reſtituta multò ſuperbior futura ſit quàm antea fuit. *Parlamentum Pariſienſe.*

Scholæ Claræmontanæ ſacerdotes, juventutis corruptores, publicæ tranquillitatis perturbatores, Regis regnique hoſtes. Parlamentum Pariſienſe in ſententia Chaſtelli apud Thuanum l. 112.

ARIÆ-MONTANI, *Hiſpalenſis Hiſpani, de Ieſuitis Iudicium.*

Ariæ-Montanus.

HVjus (Pagnini) diligentiam nos imitati, quam à nemine doctorum & candidorum hactenus improbari audivimus, præter unum Eroſtratum qui Theologorum ſuæ

 ætatis,

Accipiat pretium, legataque cuncta relinquas
Abſtineaſque manus alieno, & munera temnas,
Verum hoc Harpyiam certè ſcio nolle paciſci.
Gratuitum jactare igitur nolito laborem,
Quando in fortunas prædo graſſaris opimas,
Quid, quod cum ſoleas quartus quintuſve docere,
Fucorum ignavas pecudes præſepe ſaginat
Mille, quibus nec diſcendi nec cura docendi?
At nemo noſtrum ſeſe tolerare potis ſit
Mercede, ignavos nedum nutrire queamus
Præterea quare adfectas in eâ Vrbe profeſſor
Eſſe, profeſſores alijs quæ mittere ſuevit?
Diſcipulos quæ vix tot habet, quot docta Magiſtros,
Oſtendunt feſtis ut compita picta Kalendis?
Vnum aſſem quoniam diſcentibus ipſe remittis,
Idcircone Vrbeis rodent pecuaria mandræ
Ignovæ, Phariæque examina ſcæva locuſtæ?
Quæſticulum juſtum qui negligit, imputat idque
Civibus & regno, & prorſus ſe pernegat eſſe
Cuiquam oneri, nec habet fundatas cenſibus ullis,
Queis ſeſe tueatur opes, cenſore Catone,
Exuvijs hominum & præda paſcatur oportet,
Mercedem cur, quæ debetur, negligis? illam,
Quæ non debetur tamen exigis? ede quid illi
Sint abs te docti, quorum bona prædo tu ſiſti:
Quorum legatis nunc fortunatus abundas.
Hoc tibi propoſitum eſt, hæc mens, cumulare bonorum
Congeriem, villas & prædia quærere multa,
Atque poteſtatem, vitæque neciſque parare,
In ſtupidum vulgus? quod tu cum feceris, hortos
Mox Epicureos ſegniſque, ſaturque peteſſes,

Gramma-

Grammaticoſque omneis, doctores atque magiſtros
Diſcipulorum inter cathedras plorare jubebis.

HÆc (Ieſuitica) Societas videtur in negotio fidei periculoſa, pacis Eccleſiæ perturbativa, Monaſticæ religionis everſiva, & magis ad deſtructionem, quàm ad ędificationem. Et in cenſura contra librum ſeditioſum lata Anno 1625. d. 26. Novembris vocat hanc Societatem vulpeculas parvas quæ demoliantur vineam Domini, & poſt aliquot verba in ejus circuitu, impij ambulant juxta proprias conſcientias, homines inquieti; ſibi placentes, præſcriptum in hoc judicum, ut quæcunque ignorant, blaſphement arbores autumnales, Dominationem ſpernentes, Majeſtatem blaſphemantes, quippe qui ſub ovina pelle luporum aureorum rabiem & rapacitatem contegunt. Tomo. I. Mercurij Ieſuitici. *Sorbona*

Ieſuitę in docendo neminem, ne quidem æqualem aut etiam inferiorem pati volunt, niſi forte patrum nutu, tanquam Equus generoſus, Dom. poppiſmate flectatur. Sorbona Pariſienſis in proteſtatione Anno 1609. *Sorbona*

Anno 1603. d. 29. Decembris Parlamentum Pariſienſe Regi HENRICO IV ſcriptum exhibuit, quo intercedit reſtitutioni Ieſuitarum, in eo etiam inter alia dicit, quod Secta ſit ſtatui Eccleſiaſtico & Politico damnoſa, quod ſecta, quæ ęgrè intra limites officij contineri poſſit: quod reſtituta multò ſuperbior futura ſit quàm antea fuit. *Parlamentum Pariſienſe.*

Scholæ Claræmontanæ ſacerdotes, juventutis corruptores, publicæ tranquillitatis perturbatores, Regis regnique hoſtes. Parlamentum Pariſienſe in ſententia Chaſtelli apud Thuanum l. 112.

ARIÆ-MONTANI, *Hiſpalenſis Hiſpani, de Ieſuitis Iudicium.* *Arias-Montanus*

HVjus (Pagnini) diligentiam nos imitati, quam à nemine doctorum & candidorum hactenus improbari audivimus, præter unum Eroſtratum qui Theologorum ſuæ

ætatis, & ſuperioris fere omnium laboribus obtrectare, atque Pagnino inprimis bellum indicere aperte, ſummæ ſibi, ut exiſtimo, laudi fore ſperavit. Is quoniam Pagninum vivum habere non potuit, noſtrum, præ omnibus alijs, nomen proſcindere ſuſcepit, nactus fortaſſis opportunitatem in quorundam animis & conſilijs, qui cum ſoli ſapere, ſoli bene vivere. IESUMQUE propius inſequi & comitari ſibi videantur, atque id palam profeſſi jactitent, me, qui minimum, atque adeo inutilem Ieſu Chriſti diſcipulum ago, odio habuerunt gratis. Atque hi, quod neminem, qui alias bene audiat, palam improbare audent, aliorum, quos ad eam rem occulte inducere poſſunt, ingeniis & nominibus abutuntur. Horum autem nos nec fallunt artes, nec gregem prodere, aut cognomen indicare juvat. Vtuntur quidem illi magno & inacceſſibili ad res ſuas agendas myſterio, ſed quod facile ijs, qui ſimplicius apertiuſque agere volunt pelluceat: quodque poſt non multos annos tandem aperiendum ſit virtute illius, qui illuminabit abſcondita cordis & occulta tenebrarum, tunc laus erit unicuique ſecundum opera ſua. *Mercur. Ieſuit. Tomo I. & II. p.* 287.

Acad. Burdigalenſis. Profeſſores Burdigalenſes in decreto ſuo 1625. ſcripſerunt: Niſi flagitationibus importunis Ieſuitarum obſiſtant probi & cordati viri conclamatum eſt de omnibus doctrinis, & in decreto ſuo ann. 1609. ſcribunt Patres Societatis Ieſu ſemper novarum rerum avidi.

Acad. Cracovienſis. Academia Cracovienſis in proteſtatione ſua contra Ieſuitas Tomo I. Merc. Ieſuit. p. 78. dicit. Illud certum, Societatem Ieſuitarum nihil commune cum alijs religionibus in docendo habere. Et paulò poſt, Ieſuitæ omnium rerum & negotiorum in vita quaſi Mercaturam agunt. Et rurſus, Ieſuitæ eos qui nihil cum ipſis commune habere volunt, pro hoſtibus Principis traducunt. Et porro, Ieſuitæ nihil minus quærunt, quam literas; & in literis ſuis ad Academiam Lovanienſem, Ieſuitis mos eſt, res humanas, aucupando cœlum jactare.

Author de Ieſuitis Auctor de Ieſuitis regno Poloniæ pellendis ſcripſit, Cui negotio Ieſuitæ ſe immiſcent, ejus nullus bonus eventus expectan-

Digitized by Google

regno Poloniæ pellendis

pectandus. Idem, Homines nobiles ſedibus pelluntur, ſi Ieſuitis ſupplices fieri nolunt. Idem, Ieſuitæ propter paſſerem rete non trahunt, & iidem non verentur oblatum 50 aureorum Vngaricorum donum reſpuere, ut totam poſſeſſionem & ſubſtantiam accipiant. Idem, Ieſuitæ provinciales, etſi interdum ventre ſunt ejus provinciæ, in qua ſunt, caput tamen Hiſpanico & Italico cerebro repletum habent, ad cujus ſenſum, reliquum corpus movetur. Idem. Non dubito, quin gens Ieſuitica aliquando Rom. Eccleſiæ horrendis ſchiſmatis occaſionem præbitura ſit. Idem. Genio Ieſuitico occulta vis ineſt, qua ingenijs aulicis imperat, & dominatur. Idem. Ieſuitæ pacem religionis Tartaricam & Machometicam perfidiam nuncupant. Idem. Experientia teſtatur & teſtimoniis virorum doctiſſimorum Catholicorum confirmatur. Ieſuitas religioni Romano-Catholicæ intra Europam magis obſtitiſſe quam eam promoviſſe. Idem. Diſciplina Ieſuitica mera corruptela ingeniorum. Id.

Clerus Anglicanus.

Clerus Anglicanus quam graviter de Ieſuitarum artibus & malitia conqueratur, deſcribitur apud Thuanum l. 126. pluribus verbis. Ex quibus hæc delibare libuit. 1. Quod ante eorum adventum pax & concordia viguerit. 2. Quod pauci in multorum labores involent, & quod alij ſeminant, illi ſine labore metant. 3. Quod lites & diſſidia incendant, ſed ipſi ſe mature recipiant. 4. Quod ex religioſis viris licitatores regnorum repente fiant. 5. Omnibus præferri ambiant. 6 Magiſtratus acerbiſſimis verbis adoriantur. 7. De Regno per externum militem invadendo literas ſpargant. 8. de ſucceſſione controverſa ſcribant & edant volumina. 9. Satis habeant ſi alios periculis exponant, & penes ſe auctoritatis & prudentię Famam retineant. 10. Iuventutem ſeducant. 11. Eleemoſynas ſibi & luxui ſuo domeſtico retineant. 12. Quod omnia fraude, aſtu, vi & malitia agant.

Author anonymus.

Ieſuitæ nunquam ſatis habent, ſed ſemper plus petunt, donec nihil quod impetrare poſſunt reliqui fecerint. De cauſis odij publici erga Ieſuitas.

Simon Mario.

Ait Simon Mario fiſci Patronus oratione, quam 1597. contra Ieſuitas habuit, quæque à Thuano l. 119. deſcribitur.

Digitized by Google

Triumviros dudum animo providiſſe, fore, ut hujus ſodalitij ſocij & patres aliquando diſcordiæ facem in media Francia incenderent, & Hiſpanis, quorum illi emiſſarij, ad regnum invadendum portam aperirent, & idem poſt aliquot. Inveteratum vulgi, quod de rebus ſemper prave judicat, hunc eſſe errorem. Hujuſmodi Sodalicij patres ad puerorum in literis inſtitutionem prodeſſe. Nam fere eos bonas literas & omnem politiorem antiquitatem, Gręcam & Latinam neſcire, aut perversè docere, mutilatis, luxatis, & interpolatis, inauditâ audaciâ. Veterum *ſcriptis*. Nec melius in ſcientiarum traditione facere, Dicta & quæſtiuncularum argutias pro Ariſtotelicâ veritate, quàm aut ignorant, aut nunquam diſtinctè interpretantur, auditoribus ingerentes, more eorum, qui per breviaria & Epitomas integris veterum ſcriptis perniciem intulerunt. Atque adeo id unum agere, ut multiplicatis per ſingula regni oppida Scholis ſuis omnem puerorum inſtitutionem ad ſe revocent, & antiquas regni Academias ad ſolitudinem adigant.

Franciſcani. Franciſcani Ieſuitas vocant Monachorum ſcorpiones & flagella. Harpyias & lamias Monachorum bona deprædantes, & regna mundi ſub titulo IESV, quem tamen non noverunt ad ſe rapientes. Si nobis, dicunt Franciſcani, in illos poteſtas libera concederetur, nos noſtri ordinis fratribus, quorum ultra 50000. paucis diebus poſſemus conſcribere, illos ex Germania depellere, & funditus delere vellemus.

Monachi Auguſtani Monachi Auguſtani Monaſterii S. Vdalrici Auguſtæ dicere ſolebant. Sperant ſe aliquando noſtro monaſterio potituros Ieſuitæ. At ne hoc fiat orabimus, & miſſas celebrabimus quotidie, ut Diabolus, qui illos in Germaniam duxit, eos iterum abripiat.

Thuanus Ieſuitæ Patres acerrimi ſemper Hiſpanicæ dignitatis ac potentię propugnatores. Thuanus l. 70.

Novi Theologi (Ieſuitæ) nuper tueri auſi ſunt, bellum quod communi Chriſtianorum conſenſu contra Mahometanos geri oportuit, utilius ad Dei gloriam contra ſectarios, omiſſis Turcis, verti debuiſſe. Quod quam piè, & juxta manſuetudinem Chriſtianam dicatur, ipſi,

qui

qui conſcientias aliorum moderantur; conſcientiam ſuam rogent. Thuanus l. 67.

Ex Iacobi Auguſti THVANI Elegia In Parricidas excerpta.

Scilicet has artes nuper gens gnara nocendi
Exitio invexit, Gallia, nata tuo,
Heſperiæ fuſcis gens emiſſaria ab oris,
Fucum affectata quæ gravitate regit,
NATA MAGISTRATVM convellere, nata miniſtris
Subtrahere obſequium præſulibuſbue ſuum.
Gerionæ quæ dum placeat, faveatque triſauci
Terrarum reliquos non facit aſsis heros.
Et cælo facinus dignum putat, omnia ſævi
In regis longas tradere ſceptra manus,
Quæ diſciplinam morum, quæ Gallica venit,
Exuto legum ſolvere jura metu,
Et viles REGNANTVM animas, ipſoſque necandos
Horrenda REGES proditione docet
SERVANDAMQVE fidem negat, argutiſque cavillis
Detorquet magni juſſa ſevera Dei.

Et Paulò Poſt.

ATque utinam nunquam tibi crus dux Loyola Sectæ
Iciſſet lævâ miſſa ſagitta manu
Gallia Cantabrico cum quondam & Iberia bello
Pro Patrijs faceret prælia aperta focis.
Quam bello plus pace noces, & ad otia verſus,
Crudeles animum vertis ad inſidias:
Gallia & in media conſcripto milite regnas,

Diraque fraterno nomine bella geris,
Nempe tua à bello cunctorum ſonte malorum
Secta ſata eſt: bellum hinc nunc & adulta ſerit.

ITEM.

HVc ergo, huc animos, terræ qui ſceptra tenetis
Nunc velo amoto cernere vera licet.
Cauſa hic veſtra agitur, nam credite, veſtra potentis
In vita HENRICI vertitur ecce ſalus,
Ille quidem petitur, ſed per latus illius, omnes
Credite vos reges, mens niſi læva, peti.
Nullus jam miſeris toto patet orbe receptus,
Præſentem oſtendant ob via cuncta necem
Nil ſecurum uſquam eſt, ſtimulis furialibus actus,
Percuſſor, quoquo vertitis ora, latet.
Nam quibus excubijs Majeſtas regia poſthac
Aut quo ſtipatu vivere tuta queat?
Si pueri diſcunt his vitam odiſſe Magiſtris
Extrema & mortis temnere ſupplicia,
Si tormenta pati poſſunt, nilque inde fateri,
Hâcque polum ſperant ſcandere poſſe viâ,
In vitam alterius nil non permittitur illi.
Cui propria eſt odio, negligiturque ſalus.
Mentibus hinc teneris gliſcit præpoſterus ardor.
Et cæcos juvenes in ſcelus omne rapit.

Melchior Canus. MElchior Canus Epiſcopus Canarienſis tale judicium fert de Ieſuitis, Locis communibus Theolog. l. 4. c. 2. Quæ ſine dubio, Societas cum Chriſti Eccleſiæ ſit, qui titulum ſibi illum arrogant, hi videant, an hæreticorum more, penes ſe Eccleſiam exiſtere mentiantur. Idem. Et idem de mira-

de miraculis à Xaverio in India editis l. 11. c. 6. locor. Theol. dicit. Fabulas eas ante paucos dies prodijſſe, quorum & authores & loca adeo longo intervallo diſtant, ut an mentiantur illi, non poſſit inveniri, an hæc ſint, addubitari etiam poſſit. Et addit. Sed benè habet quod totum narrationis corpus commentitium apparet, ut quod Hiſpanorum ſermone teritur, id quoque in hac re facile probet. De leungas vias, leungas mentiras.

Stephanius Paſchaſius apud Thuanum l. 36. contra Ieſuitas pro Academia Pariſienſ. diſſeruit, & ſectam eám ambitioſam & fucatæ religionis plenam appellans, in Hiſpania natam, Lutetiæ adultam, Venetiis exercitatam, Romæ initio exagitatam, poſtremò receptam & privilegiis immodicis & à jure communi exorbitantibus donatam, poſtea apud nos Theologorum Pariſienſium ſententia damnatam, & item, à Pariſienſi Epiſcopo rejectam fuiſſe dixit, nunc verò gratuitæ puerorum inſtitutionis ſpecie graſſari, & inde familias captatis teſtamentis exhaurire, inde juventutem ſpecie religionis corrumpere, & faſcinatis per ſuperſtitiones puerorum ingenijs jam nunc ſeditiones & defectiones in regni perniciem aliquando erepturas moliri, tunc inter plura eorum vota illud exagitat, quod Prępoſito ſuo, qui ſemper ab Hiſpaniarum Rege deligitur, quemque tanquam Deum præſentem in terris venerari ſe ajunt, obedientiam, quam cæcam appellant, per omnia & in omnibus pollicentur: mox Ignatium Lojolam cum Martino Luthero comparat, & ambos diverſa ratione in idem conſpirare demonſtrat, ut legitimam Magiſtratus auctoritatem labefactent, diſciplinam Eccleſiaſticam enervent, omnia divina & humana jura confundant: deinde in ambitioſum eorum nomen invehitur, quod cum Sectarij alij ante 200 annos uſurpaſſent, ab Eccleſia rejecti, & juſto Dei judicio ac flagello omnino diſſipati perierunt, hoc nomine nihil aliud agi, quàm ut inter ejuſdem religionis profeſſores ſciſſura conſtituatur & Ieſuitæ alii ſint, alii Chriſtiani: quod vero adeo ſe erga Pontificem obſequentes præbeant, eò magis ſuſpectos eos Gallis eſſe debere, qui Pontificem quidem tanquam caput & principem Eccleſiæ a-

Stephanus Paſchaſius, vide etiam ejus Cathechiſmus Ieſuiticum

gnoſcunt, ſed ita ut S. decretis & œcumenicis conciliis tanquam inferior parere teneatur: nihil adverſus regnum, ac reges pronunciare, aut contra Curiæ placita, aut in præjudicium Epiſcoporum intra eorum finies decernere valeant, tum ſubjicit, novis ſectariis iſtis ſemel admiſſis: totidem hoſteis intra regni viſcera ali, qui ſi contingat, ut excandeſcente perverſa bile in nos arma vertant Pontifices, regi nominique Gallico bellum indicturi ſint. Poſtremo verſa ad Senatores oratione, nos inquit, qui nunc Ieſuitas toleratis, aliquando ipſi, ſed ſerò credulitatem veſtram accuſabitis, cum conniventia veſtra effectum videbitis, ut horum aſtu, dolis, ſuperſtitione, diſſimulatione, præſtigiis, ac malis artibus publica tranquillitas non ſolum in hoc regno ſed etiam per univerſum orbem Chriſtianum periclitetur.

Præſagiū de Ieſuitis.

C. Toletanus.

Cardinalis Toletanus cum propter Ieſuitas concertationes cum Nivernio haberet, dixit: Illos Ieſuitas in Hiſpania ortos, ab Hiſpano, ſive Hiſpanæ ditionis & factionis homine, cui cæcæ obœdientiæ vinculo additi ſunt, circumagi, nihilque perinde dicturos, ſuaſuros facturoſque, quod non ad amplificationem Hiſpani imperii pertineat. *Thuanus l.* 110.

Ludov. Dolai.

Ex Oratione Ludovici DOLÆI *pro Curionibus Pariſ. apud Thuanum l.* 110.
anno 1594.

QVi non ſolùm Iuventuti nocuerint, ſed etiam totum collegium Theologorum, & ipſorum etiam ordinem iudicum perverterint. Et plebanos contendere, Ieſuitas in Eccleſiaſtico ordine minime cenſendos, ſiue ut Sacerdotes ſeculares, ſive ut regulares reputentur. Idemque mox auſteritatem & cernuos in terram vultus non modeſtiæ & contemptus rerum in his patribus. (Ieſuiticis) indicia eſſe ſuperbiam & faſtum hac ſpecie celari, & dum terram cernunt, ad opes terreſtres & externos honores oculos intendere. Nam ſi initia & progreſſus eorum inſpiciantur, L. abhinc annis maximas radices egiſſe. Cum eorum numerus ad 60. defi-

Digitized by Google

124

definitus eſſet, ipſa 400. domicilia ſibi intra breue ſpatium conſtituiſſe & numerum illum modicum ad 7000. excreviſſe. Ipſos verò ad ſummas dignitates ſtatim in ipſis inſtituti incunabulis evectos, quo vix poſt 200 annos à prima ſua origine monachi alii pervenire potuerunt. Nam ex eo ordine, Fidei inquiſitores, Epiſcopos, Cardinales mox creatos, ut non inſcitè ab homine inter eos aliquando profeſſo dictum ſit, Ignatianos in eo ſibi nimium ſapientes videri, quod ſe cœlo putant aliquaudo imperaturos, quaſi Societatem cum ipſo Ieſu contraxerint. Vovere illos paupertatem, ſed votum illud eoſdem ita interpretari, ut quod verbo affirmant, facto negent, & quod adfectatâ pietate adſtruunt, impudentiſſima cavillatione prorſus evertant. Poſt recenſet privilegia illis indulta. Eſſe eos mentis Pontificiæ oculos. Eſſe periodeutas & circelliones & hamaxarios Epiſcopos nihil non eos poſſe Romæ, ubi mentis pontificiæ oculi vocantur. Nobiſcum non poſſe vivere, qui ſacram diſciplinam ſolvunt, qui aliena à cœlo noſtro ſentiunt, per eos nobis cœtum clauſum, eos alium quam Franci ſolem aſpicere, quibus id præcipuum eſſe conſtat, ut libertatem Gallicam nunc aſtu, & aliquando vi aperta opprimant. Anathemata illis eſſe qui regis partes ſecuti ſunt, *&c.* Poſtmodum Claudij Matthiæ, Bernhardi, Varadæ Commoleti ſeditioſas voces, & concionem in memoriam revocat. Comparat cum tempeſtate & ſerpente, qui Evam ſeduxit. Sed prolixum foret omnia perſequi. Legatur eius oratio Philippica apud Thuanum l. 110.

Cum anno 1604. Ieſuitæ in Gallia reſtituendi eſſent, Harlæus Præſes Parlamenti illorum reſtitutioni gravi oratione interceſſit, quæ apud Thuanum legitur libro 132. Rationes potiſſimæ hæ ſunt. 1. Quod iam ab initio ei ſectæ à Sorbona reclamatum, quod dixerit: Hanc Societatem in deſtructionem non in ædificationem eſſe inſtitutam. 2. Eſſe eam poſtmodum quidem admiſſam, ſed certis conditionibus, ſed eas non eſſe ſervatas. 3. Proinde ſi nunc ſine conditione reſtituantur Ieſuitæ, plus illis quam antea unquam tribui, & decreti tam prudenter facti auctoritatem onervari. 4. Quod *Harlæus.*

Digitized by Google

pernitioſis initiis obviam eundem ſit. 5. Quod præter Pontificem nullum ſuperiorem agnoſcant. 6. Quod regicidia approbent. 7. Quod Romæ & in Hiſpania ubi hæc nova opinionum monſtra vigent, aliter ſentiant, aliter in Francia loquantur, & ut in hanc vel illam ditionem migrent, opiniones ſumant aut deponant, 8. Quod ſenſim & paulatim alios ſuis pravis opinionibus inficiant & corrompant. 9. Exempla regicidarum Ieſuiticorum diſcipulorum recenſet. 10. Quod non omnino gens hęc ingrata cędis Henrici III. innocens credita ſunt. 11. Quod etiam in alium clerum immites ſint. 12. Quantum periculum Academię ab iſtis novitijs Doctoribus immineat ſi reſtituantur docet. Quæ ait per iſtos novitios doctores penè ad ſolitudinem redacta, per iſtos novitios Doctores, qui cæteros præ ſe deſpicientes ſeparatas ab alijs rationes habere volunt, & ſparſis huc illuc ſcholis, quaſi rivulis per ancilia auerſis vaſtum & æquabile illud literarum flumen, quod quartam partem urbis alluebat, in ſicco deſtituunt, *&c.*

Arnoldus Advocatus Pariſ.

Ex Antonij ARNOLDI *Oratione contra Ieſuitas anno 1596, apud Thuanum l.* 110.

1. DIcit, Ieſuitæ, Hiſpani partibus addicti, id agunt, ut regem cum proceribus ſui regni committant, & ſuſpectos eos ipſi reddant. 2. Factionibus cauſam dediſſe Ieſuitas, homines origine & inſtituto Hiſpanos, idque viros prudentes jam olim prædixiſſe verius quàm utilius. 3. Homines inſtituti Hiſpanici qui in arcano per ſacras confeſſiones, & palàm cum occaſio ſe offerat, in concionibus credulos ac ſimplices animos ab obſequio legitimi imperij alienatos, ſenſim ad partes (Hiſpanorum) pertraherent. 4. Eos pro Philippo quotidie vota nuncupare, pro rege Francię nunquam preces facere. 5. Eorum conſilia ad regni everſionem tendere, recenſet quomodo Sorbona & alij eis reſtiterint. 6. Quaſi nimis Pontificibus ſint addicti, & eorum in monarchas poteſtatem abſolutam defendant. 7. Quod totum regnum Gallicum impleverint, & fraudibus occultis & ſeditioſis

Digitized by Google

tioſis concionibus ad arma concitarint, & Lutetiæ in eorum (Ieſuitarum) ædibus primas conjurationes initas bacchanalibus olim, & Catilinæ conſpirationibus perniciosiores. 8. Varia exempla ſeditionum excitatarum ab ijs recenſet. 9. Per eos præſidium Hiſpanicum Lutetiam introductum. Inter iſtos fucatos iſtam proverbialem teſſeram eſſe, qua unum Deum, unum Pontificem, unum Chriſtiani orbis regem agnoſcant. Eum Catholicum regem eſſe, cui mundum univerſum Monarchiam deſtinant, excitatis paſſim bellis ac rebellionibus. 10. Falſitates & criminationes in Ludovicum Borbonum recenſet. 11. Aſſaſinis comparat. 12. Commoleti Ieſuitæ ſeditioſas conciones repetit. Docet quod corruptores magis juventutis, quàm inſtitutores & informatores ſint. 13. Quod ſint plagiarij. 14. Eorum divitias eſſe ſuſpectas, affectato opum contemptu indies augeſcentes, quo ut ſit ſperata alijs præceptoribus præmia pereant. Nihil aliud in ipſorum ſcholis diſci, quàm patriâ charitate oblivioni traditâ rebus Hiſpanorum ſtudere.

Quod ipſis authoribus Sebaſtianus Portugalliæ rex vitam & regnum amiſerit, & regnum ad Hiſpan. regem devenerit. 15. Quod ſint homines ad excogitandum acutiſſimi; & ad audendum impudentiſſimi, ad efficiendum acerrimi, tam in ſcelere vigilantes, quàm in perditis rebus diligentes, & concludit, ut tanquam Gallicæ dignitatis infeſtiſſimi hoſtes, Iolinus regno pellantur. Nec curandum quicquid de hac expulſione Romæ dicturi ſint: repetit etiam Iudicium Sorbonæ de ijs, addit etiam hoc. Non aliter poſſe diſciplinam in Gallicis Scholis per bella collapſam inſtaurari, quam ſi Hiſpanienſis ſchola evertatur, quæ per has hirudines literis ſtudentium cruori inhiantes, apertis ubique ludis quaſi inciſis venis Academiæ Pariſienſis ſuccum & ſanguinem depaſcitur. Quæ pluribus apud Thuanum loco dicto.

Boiſius Abbas Gallicus his verbis uſus eſt, caueant impoſterum Ignatiani, ne è ſuo conſortio (qualis Mariana qui peſtiferum librum de rege & regis inſtitutione ſcripſerant) qui Franciam offendat nomine Ieſuitarum inſignitus cum ſuperiorum permiſſu ſe prodat. *Boiſius.*

Digitized by Google

Barclaius EVPHORMIO *Luſininus* , *ſiue* BARCLAIVS, *Parte Prima Satyrici.*

OMnes ſe in diſciplinam Ieſuitarum dare, omnes certatim aut opibus conatus optimos, aut conſilio, aut gratia, provehere. Quid multis? in tantum potentię faſtigium evectus eſt, ut iiſdem modis deprimi non poſſet, quibus erat elatus. Populum ſacrorum & religionum terrore devinxerat. Iuventutis, quam ipſe expoliverat, ſtudijs ardentiſſimis efferebatur. Principes populi metu, Magnates Principum fictâ benevolentiâ tenebat. Denique omnium ordinum viros, privatæ domus limine concluſerat, Deſcribebat civitatum gubernationes, magiſtratus, provincias, imperia, omni gravitate & ſapientia mandabat: domeſticas etiam privatorum controverſias ſingulari artificio componens. Etenim nihil tam ſanctè cuſtodiebat parietum fides, quod non ſanctiores mulierculæ efferrent in Acignij domum: aut ſervuli; quorum taciturnitatem pietas expugnaverat: ipſi denique liberi, cum eorum in obſervatâ diligentiâ latebræ omnes ſecretum perderent. Itaque nunc comiter, nunc auſterè, modò paternâ lenitate, modò Majeſtate cenſoriâ, ſequeſter erat conjugum diſſidijs, deponendis inimicitijs author, Societatum, nuptiarum, fœderum, pietatis, ſcientiæ, juſtitiæ, virtutis omnis, & religionis arbiter. Ex hoc oraculo quem quiſque quo tempore ſermonem habuiſſet, quibus moribus eſſet, quibus opibus, quo etiam inter penates genio, qua temperantia, qua libertate, noſcitabatur.

Muſis jam non eſt aliud ſacrarium præter Acignij domum. Nec ſe modò intra illam ſemper ædem produnt, ſed & mehercle tantum ibi oracula, ibi Themis, ibi Pegaſi liquor,

——*Vates ibi factus Apollo*,

Quis alibi doctus? quis qui limata veraque elegantia cultus?

Diceres

Diceres barbariem ubique extra Acignij pomœria eſſe, & inceſtare magis Muſas, quàm colere, jam ipſi prioris ævi ſcriptores ut ſubmittunt victa & domita capita? Nullibi medius fidius locum invenient, niſi cum pipere, aut ficu, aut paſſis in Martium uvis. Prodeunt diſciplinæ omnes meliore cultu, & ſeu Politicæ, ſeu ruſticæ rei, ſeu patrum memoria, & factis è pulvere excitandis, ſeu cœleſtis, ſeu terrena, ſeu aquatilis doctrina ſit, non erit alius quem delicata ferant ingenia præter Acignij vernas: etiam literaria bella tanta conſtantia gerentes, ut & veneficas tenebras ſola face & ſtilo armati intrent, & Romanas acies, in ordinem ac veterem diſciplinam religioſam ſcrupuloſitate digerant; Ibidem etiam leges pulchram deſcriptionem collegiorum Ieſuitarum poſt aliquot pagellas deſcriptionem Scholarum.

Et paulò poſt.

MIrandum porro eſt infeſtam Acignij (injuria credo) ſed infeſtam ſuperbiæ crimine famam, qui diſcipulum pene nunquam dimiſit non ſuperbiſſimum, aut qui aliquem ultra ſe, magiſtrumque laudaret? Quamquam & illius gloriam plerumque corrumpunt, qui omnia ejus dicta factaquè in miraculum trahunt; quoniam hac ætate ſic vivimus, ut quam factioſè laudaveris, huic ſeu invidia, ſeu contrà ſentiendi ambitione ſit iniquior. Ac ne ſic aliquid in Acignio non inſolens, quam amici famam evertunt; imprudens inimicorum furor alit, dum calumniandi licentia juſtiores querelas enervant, & ineptis criminationibus veriora iudicia deſtruunt.

Idem EVPHORMIO *Luſininus in* P*arte Secunda Satyrici.*

NOn leviori collidebant certamine, non minus atroci ambitu pugnabant, quàm ſi diadematis fortunam tam ludicra promiſiſſet victoria. Qui alijs imperarent in anguſta Vrbe, inter homines liberales quidem, ſed obſcuros, perti-

 naci

Digitized by Google

naci æmulatione quærebant, ſufficiebant odiis inania digni tatis nomina, faceſque ſine ſecuribus puerorum tergis hærentes. Nulli interim ſeverius in ambitum dicebant, nulli frequentius numerabant ſuperbiæ mala: & dum parvis occupati neſciunt ſe gloriæ impendere miſerrimam mentem, in illuſtrem ambitum magnatum, in ſollicitas Principum curas ridiculi declamatores inquirunt. Quaſi interſit inter ſordidam & magnificam vanitatem, niſi quod hęc peccandi impotentiam oſtendit; Illa autem ſplendidis velis ſaltem mortalium crimen excuſat. Nam ut opimę meſſes fortiori nutu ventis reſiſtunt, & inanium ſegetum caſſi vertices nullis auris obluctantur, ita capacibus honorum non niſi digna gloria imperat, immerentes autem ſolum dignitatis nomen corrumpit. Romani Bletonesios publico juſtitio poſtularunt, quod hominem Diis immolaviſſent; cum ipſi duos Græcos, totidemque ex Gallia mulieres in foro Boario etiam per ſacrorum ſuperſtitionem viventes defodiſſent. Adeò malignum eſt de alienis judicium, & multi cum Acignianorum turba iraſcuntur illis vitijs, quibus ipſimet ſuam famam indigniſſimè maculant.

Scholas & inſtitutiones Ieſuitarum deſignat.

Ex eodem:

Cæterum ne pelagus ignores, quod audaciſſimâ nave moderis, tibi ego tempeſtates, ego fluctus, & fortaſſe pœnitentiam prædico, & ſi te humana conſilia in illos curſus egerunt, nihil de naufragio dubito, me quoque, dum primam adoleſcentiam ex aliorum conſiliis regebam penè eadem procella evertit, cum blanditiis invitarer ad laborem, & pene hamum ſub ſpe dulciſſima non ſentirem. Quid infeſtis vocibus planorum audaciam ad publicas depoſcimus pœnas, aut quid illi tam triſte merentur, qui cœdibus iracundiam ſatiant? cum inter nos impunè verſentur graſſatores Vrbani, qui familias totas excidunt, & quod de Syrenibus loquuntur, audientes per ſaxa & naufragium ad imaginem voluptatis invitant. Hæc eſt illa diſſimulata Iuno quæ tot Semelas hodie prætextu ſyderum pervertit, hæc crudeliſſima peſtis, quæ orbitatem clariſſimis gentibus & ſolitudinem reipubl. implacabili furore minatur. Nam ut feræ, quæ ſemel

Ieſuita.

maculas

Digitized by Google

maculas rumpunt, magis indomitâ naturâ ſe Sylveſtribus dumis abſcondunt, ita quicunque deliniti blandimentis ſe in ſanctitatem illius philoſophię dederunt; Poſteaquam male fundatos conatus aut conſtantia aut robur deſtituit, pudorem voluntariâ ſolitudine intra penates ſuos damnant, vel licentius libidinibus indulgent, ut ſyncerè videantur priorem conſuetudinem ejuraſſe. Neque Philoſophi poſt tot familiarum incommoda, poſt omnium publicos queſtus, à damnatis criminibus recedunt; ſed imprudenti ætate, abuſi ita de æternitate loquuntur, ita flammas, & ſupplicia & ſeveritatem Numinum inclamant, ut juvenes nondum ſatis adulto robore ingenij obſtupeſcant ad tot monſtra, nec aliter ſe declinaturos ſcopulum exiſtiment, quàm ſi in eorum nave trajiciant. Quod ſi eâ mente agerentur cujus nomen inanibus larvis præfigunt, ſi vero Numinum & adoleſcentiæ amore tenerentur, Illud ſaltem cogitarent, non omnes eâ firmitate animi eſſe, ut deſertis voluptatibus in aſpera Philoſophia durent; etiam plerumque maxima ingenia avidiora libertatis ſuæ eſſe, & raro ſolitariæ gravitatis vinculis poſſe conſtringi. Nunc autem quaſi nulla pars reipublicæ præter Philoſophiam procuranda ſit, omnem adoleſcentum induſtriam ad ſe vocant, & veluti tyrannicis edictis territæ juventuti imperant, neque fere ulla avis non relinquit ad vimina plumas, quæ illos aucupes audivit: Quid quod diverſæ Philoſophorum Scholæ ſub horridis præceptis ſuos greges diſtixerunt? Omnes ſub ijſdem votis argumenta adoleſcentibus proponunt, omnes eundem exitum laboribus profitentur; tamen vix aliquis ex ijs adoleſcentem laudabit, niſi qui in eandem Philoſophiæ ſectam, in qua ipſe vivit, jurabit. Adeò penè omnia ſibi mortales affectus in ea venatione vindicant, & Philoſophi miſerrimè decepti, non ſapientiæ cultum, ſed ſuam rempublicam diligunt.

At verò miſeri parentes, quorum periculo iſti quotidie peccant tam multis ſceleribus, poſt ingratam ſolicitudinem, curaſque, & ſæpe prodigum amorem, cum primam tot laborum mercedem à jucunditate adoleſcentum expectant, omni ſpe fraudati plerumque ſuam meſſem hoc turbine intervertſam

ſam deplorant : ſed tutis ſuſpirijs deſolatos penates proſequuntur , dum ſimplicitas vulgi omnibus fraudibus aperta, quæ religione adumbrantur, lamenta orbatæ ſenectutis pro flagitijs accuſat & ne in hoc gradu calamitas conſiſtat, cum parentes lachrimis & tempore penè dolorem exſaturaverunt, ſæpe liberos abdicare Philoſophiam, non minore indignatione quam cum eos amiſerunt, vident.

Hæc ruina juventutis, tot lacrimę ſenum, parentumque miſerabiles exitus, primis Scholis , ubi ſternuntur fundamenta liberorum, omnem calamitatem imputant. Veſtras (Ieſuitas) ſcholas dico, quæ ſeveris legibus & pœnè ſylveſtribus edictis exurgentes, puerorum animos caſtigant, nec ab infantiæ ſervitute ſenſim ab virilem libertatem deducunt, ſed tanquam ſemper in ea diſciplina duraturi eſſent, ſubhorrĭdas leges præſcribunt, & ut infernæ artis, myſtæ velut circulum deſignant, ultra quem prodire certo interitus ſupplicio vetant, &c. *Euphormio Luſininus p. 2. Satyrici ſui.*

Ieſuitarum collegia, Scholas, modum vivendi, deſcribit. *idem Luſininus p. 2. Satyr. in media fere.*

Academia Patavina. In querimonia ſua Academia Patavina dicit quod Ieſuitæ aperto ad artes docendas publico ludo, celebritatem aliarum Scholarum turbent Anno 1595. *Thuanus l.* 110.

Rex Philippus Hiſpanię ſolebat Ieſuitas vocare Clericos negotiatores, vel negotiantem Clerum.

Henricus IV. Anno 1594. a Chatêllo vulneratus in os, ad eos qui ſententiam judicum ob negotium , quod Pariſinæ Academiæ cum Ieſuitis fuit , comperendinaverant, ſubiratus dixit. Ergo oportuit Ieſuitas ex ore meo convinci? *Thuanus l.* 111.

Levinus Torrentius Epiſcopus Antvverpianus vir inprimis doctus, prudens, pacis amans, & oſor novitatum à Ieſuitis invectarum , ſæpe dixit. Ieſuitas fore provinciarum ruinam.

Auguſtinus Thuanus Curiæ præſes Vir antiqui moris, ac horridę libertatis, cum diſſidium inter patronos Fiſci palam notaſſet, non ſine aliquâ animi commotione ſubjecit, ſibi videri comperendinata cauſa vitam regis comperendinari, atqui

qui non comperendinari eam, ſed inſigni exemplo, quod ab hoc judicio expectabatur, in tuto collocari potius oportuiſſe. Se quidem ſenio effœtum providere, ut potius vitæ, quam litis hujus finem ſit aſpecturus. Ne tamen in ficta ſententia moriatur cenſere ut Ieſuitæ toto regno expellantur. *Thuanus l.* 110. *hiſtor.* ad quod dictum alluſit rex Henricus poſtmodum, à Chatello vulneratus cum ad eos, qui eum viſitabant præſertim eos, qui huius litis comperendinatæ cauſæ fuerunt, dixit: Ergo oportuit Ieſuitas ex ore meo convinci. *Thuanus l.* 111.

Sectæ Ieſuitarum ELOGIVM.

Concinnatum ex verbis & phraſibus, quibus Ieſuita àutor famoſi libelli *Geſtorum* impiorum per Francos, *&c.* Genevam & Holland. proſcindere voluit, ſub ficto nomine Ludovici de Cruzamonte, anno 1632.

Ieſuitarum novitiatus, Schola & domus profeſſæ, ſunt Receptrices ſontium, aſyla omnis improbitatis, opprobrium Chriſtianiſmi, officinæ omnis nequitiæ, cathedræ peſtilentiæ, Academiæ impietatis, Acropoles *Antichriſti*, hæreſos arces, proſtibula Babylonicæ meretricis, fatales Equi, unde continenter prodeunt incendiarij totius orbis, everſores artium, venenarij regnorum, ſicarij Regum, flabella ſeditionum, emiſſarij Dæmonum, blaſphemiarum in Deum, & in omnes ſanctos Architecti, Sodomitarum & Ononi ſodales, rebellionis Archetypi. Sunt Phlegratum campus, in quo Titanes contra Numen bellantes: caſtra ſubſidiariarum legionum hæreſeos & atheiſmi, unde ſupplementum mittitur in omnes copias terrigenarum Eccleſiam DEI oppugnantium: ſeminaria unde longè latèque transplântantur arbores fatalia poma diſcordiarum ferentes: Colchides, ubi Lojolitica Medea venena errorum & peſtem conficit, indeque ſpargit per totum orbem. Vno verbo (quod nemo verè Catholicus hactenus negavit) univerſitates iniquitatis, quarum vel ſolum nomen, ſanæ doctrinæ hominibus omni Camarina & orci halitu fœtentius eſt: quæ in ſuo

Digitized by Google

Indo Academio alunt Laniſtas hæreticos, qui teterrimorum gladiatorum familiam contra fidem Catholicam diligentiſſimè, ut faciunt, inſtituant: probè inſtitutos in Angliam, in Germaniam, in Galliam, in Hollandiam dimittant: dimiſſos continenter ad audendum excitent, audaciſſimum quemque, & impijſſimum conſecrent, in faſtos referant & indigitent. Sunt Cavernæ in quibus Draco Tartareus ſtabulatur, ex quibus gens prava & perverſa, non contenta domeſticâ ſuâ impietate in locis, ubi nata eſt, illam quotidie, quâ ſe utrumque mare porrigit, longiſſimè profert, & incredibile quantum prædicationi Sacri Evangelij inter infideles officiat, mentiendo, cavillando, res noſtræ fidei elevando, irridendo, veros Chriſti miniſtros injurioſe traducendo. Teſtis es (ut cætera prætermittam) ô Germanica & Bohemica Ecclefia! Quis exeandefecit proſcriptiones illas quibus Chriſtiani calamitoſiſſime affliguntur? Quis carceres illos omni morte acerbiores Chriſtianis implevit? quis cruces erexit? quis rogos excitavit, quibus non ſolum Chriſtiani in toto illo vaſto imperio, & alibi excarnificati fuerunt, ſed urbes etiam florentiſſimę penitus conflagrarunt! ô ſecta Ieſuitarum! ô flabellum ſacrilegæ crudelitatis! ô incentores tyrannicæ impotentiæ! Quis Catholicorum hæc legens veſtrum nomen ſine acerbitate audiat?

Sic mutato nomine: de Te

FAbula narratur, ó Ieſuita. Optimè enim feciſti quod nihil eorum, quæ in Tua ſecta ſunt, prætericris: ut non inconcinnè Chryſippus à quodam improbo, qualis Tu es, multis affectus convitij. Sub finem myſteriorum Ieſuitic.

Inde legibus agi ceptum in Societatem (Ieſuiticam) à Senatu Veneto & confectis probationibus Xviri conſtare dixerunt, permultos patres & maritos conqueſtos eſſe, quod à filijs & uxoribus ſolita obſequia non præſtarentur, quia Ieſuitę ipſis affirmaſſent, eos extra Eccleſiæ communionem eſſe poſitos, literas etiam cujuſdam ex illa Societate interceptas; quibus Pontificem certiorem faciebat, in

urbe

132

urbe (Veneta) 300. præcipuæ nobilitatis pueros eſſe, totidem devota, quicquid juberet, ſuæ Sanctitatis mancipia. Præterea ad ſenatum delatum, eos per ſecreta confeſſionum, ſecreta familiarum rimari, bona, facultates, & ita totius imperij robur & vires perſpectas habere, clientelas cujuſque cognoſcere, ea de re commentarios ab ipſis confici, & ſingulis VI. menſibus per viſitatores ſuos, quos vocant, ad generalem, ſuum mittere, &c. *Thuan. lib.* 137.

Staniſlaus Pronskij Lubtinenſis Epiſtola ſua Anno 1607. evulgata ex Gymnaſio Patavino, ad Antonium Poſſev. Ieſuitici collegii primarium ſodalem, poſt varia exempla infeliciorum conſiliorum Ieſuiticorum enarrata, tandem addit. Monarchiam illos (Ieſuitas) in Eccleſia Catholica moliri, etiam Pontificis potentia, quem in ſpeciem tantoperè extollunt, ſi occaſio ferat, frenum imponere paratos, ut eam Pontifici ablatam in ſe transferant. Gregorio XIII. optimo & indulgentiſſimo ſeni tota vita impoſuiſſe, & largitiones immodicas (nempe 25 tonnas auri) ab eo emunxiſſe, ac poſtremo pro tot benefactis ridiculo legationis Iaponiæ Choragio (de qua apud *Thuanum l.* 81. *Anni* 1585.) monenti illuſiſſe. pari impudentia Clementi VIII. impoſuiſſe, *&c.* & paulò poſt. Habere in ea Societate omnia vitiorum genera patrocinium & excuſationem. Habere avaros, quo ſe tueri poſſint, quo ſine ullo conſcientiæ morſu ſpiritualia bona nundinentur: apud ſuperſtitioſos imagunculæ exoſcalatione omnium virtutum Chriſtianarum exercitationem ſuppleri. Gloriæ cupidis, quibus ob fortunæ humilitatem, niſi per ſcelera non licet innoteſcere, quamlibet ſumma facinora ſanctitatis ſupparo Velari. Deſides habere, unde ſalutis ſuæ incuriam excuſent, & aliqua in ipſos largitione redimant. Qui nullo Dei metu tanguntur, habere viſibile numen cuius cultu dum defunguntur, in religione præ cæteris gloriari poſſunt. Nullum adeò eſſe periurium, ſacrilegium, parricidium, nullum inceſtum, rapinam, fraudem, dolum, quæ diſpenſationis velo, ſpeciem pietatis non induant. Itaque mirum non videri, ſi tantos progreſſus ea doctrina faciat, multoſque fautores habeat, quæ multorum vitiis & cupiditatibus ſervit. *Thuanus, libro* 137.

Digitized by Google

SIMILITVDINES
ET
APOPHTHEGMATA
de IESVITIS, *Diverſis* AVCTORIBVS.

SImiles ſunt Ieſuitæ hederę, quæ extrinſecus & obiter adſpicienti videtur muros & ędificia domorum tegere, ſuſtentare, & fulcire, interim eos perrumpunt & corrumpunt, & compagem calcis diſſolvunt: ſic Ieſuitę extrinſecus quidem fulciunt Papatum, re vera autem eum callidis & calidis ſuis conſilijs & machinationibus deſtruunt. *Paſchaſius.*

Alius dixit, Quod Ieſuitæ ſint uti Herodianæ virgunculæ, ex ſpirituali Herodiade prognatæ, quibus tam belle ſaltitantibus Herodes Romanus Papa inter Veneris Bacchique tribules dimidium ſui regni offert, quod Ioannem Baptiſtam, hoc eſt, Eos qui in vitia papatus invehantur decollatos, exuſtos, pleneque extinctos petunt. *Haſenmüllerus.*

Ieſuitæ ſunt inſtar prodigorum, qui cum nemini prodeſſe poſſint tum ſibi minime commodant: ſic Ieſuitæ, nec Eccleſiæ, nec ſuæ quidem religioni vere doctos prętant, *Reſponſio ad proteſt. Ieſuit. Poloniæ in Mercurio Ieſuitico p. l. p.* 122.

Ieſuitę ſunt ſicut Gangræna & lupus exedens ſive herpes, intus enim longius longiuſque ſerpunt dum totum corpus depaſcant.

Iuſuitæ non diſſimiles ſunt arboribus in ſylvis Litanicis, quæ prætereuntes denſitate & opacitate frondium, & foliorum ad ſe invitant, &, ut ſub ijs quieſcant pelliciunt. Sed ſimulac ſub ijs viatores conſederunt, concidunt & corruunt & miſeros homines miſerrimis modis enecant. Sic Hypocriſi & externa vitæ decentia & probitate Ieſuitæ incautos, & improvidos, ad ſe trahunt, pertractos & vita & bonis omnibus ſpoliant. In excitatorio. Sic alius eos Sirenibus comparauit, alius, aucupibus fiſtulâ ſuâ aues decipientibus.

Ieſuitæ ſimiles ſunt lacertis, qui ſi ſemel aliquid dentibus

Digitized by Google

bus ſuis arripuerunt, non dimittunt illud, niſi dentes ipſis comminuantur & confringantur : Sic quicquid vnguibus ſuis furacibus & rapacibus ſemel arripuerunt, non iis illud extorqueri poteſt niſi vngues iis reſecentur: In excitatorio: Et citius aliquis clavam Herculi extorqueat, quam prædam Ieſuitis ſemel prehenſam.

Ieſuitæ ſimiles mancipijs apud Scythas, qui abſentibus Dominis, & maritis, vi invaſerunt Dominorum vxores & eos ſibi copularunt. Sic Ieſuita reliqui cleri, niſi Argo vigilantiores habet oculos, occupat peſſeſſiones. *Ibid.*

Ieſuitæ ſimiles Marmoricis in Nubia, qui in corporibus humanis inveniuntur & pariter ea depaſcunt, & lapidi Sarcophago in Troade reperiri ſolito; ſic Ieſuitæ quidem inveniuntur in Societate humana, & in clericorum numero, ſed pariter eos depaſcunt & ad extremam redigunt egeſtatem, *Ibid.*

Quemadmodum optimi vniones & Corallia continuo attritu, & tactu plumbi in pulverem rediguntur & conſumuntur: ſic animi hominum quantumvis ſinceri, puri, defecati : tamen diuturniore cum Ieſuitis converſatione ſeducuntur & corrumpuntur. Excitatorium.

Quemadmodum aqua fontis Telini ita turbida eſt, ut cum vino nunquam patiatur ſe commiſceri : ſic doctrina infernalis Ieſuitarum, cum integritate candore & ſinceritate proborum virorum non poteſt confundi vel commiſceri. *Ibid.*

Quemadmodum Philippus rex Macedoniæ, cum pacem Græcis offerret, prius ſibi tradi poſtulavit oratores & conſiliarios : Sic Ieſuitæ ſimulac aditum & acceſſum ad regem, ſeu principem ſibi compararunt, operam dant, ut fideliſſimi Conſiliarij & miniſtri ſemoveantur & dimittantur, ut ſoli eos poſſideant, & Ducitur ut loris alienis mobile lignum, eos pro libidine ſua regant & ducant. *Ibid.*

Quemadmodum ſerpens non fit Draco, niſi prius ſerpentem devorarit; ſic Ieſuitæ non prius formidabiles mundo totifieri potuerunt, quàm tota regna devorarint. *Ibid.*

Factio Ieſuitica eſt quaſi acutus gladius cujus lamina quidem in vaginam Polonicam recondita, ſed ita ut capulum

Romana aula, & Hiſpanica teneat manibus, & eum ad nutum ſuum vibret. *Author de Ieſuitis regno Poloniæ expellendis.*

Ieſuitæ accipitres aulici. In aulis enim ova ſua ponunt, priuſquam venatum evolant. *Idem.* Ieſuita peregrinus ſibi & exul eſſe videtur, imo capite imminutus, ſi ab aulis arceatur. *Idem.*

Vt partus ultimi parentibus chariſſimi, & plerumque indulgentiſſimè habentur, & petulantiſſimi: Sic Ieſuitæ Papæ chariſſimi, quia partus ejus noviſſimus, etiam indulgentiſſimè habentur & petulantiſſimi & nequiſſimi.

Ieſuitæ inſtar imperitorum medicorum, qui dum corpora nimio ſucco turgentia expurgant, ea ad maciem adducunt. Sed Ieſuitæ vehementibus ſuis conſilijs, rem Chriſtianam non juvant, ſed potius remorantur.

Cum Anno 1601 Ieſuitæ ab HENRICO IV reſtitui peterent, ſed fruſtra, rex orationem ſuam his verbis finivit. Si vere Galli eſtis, magis totius regni tranquillitati quâm veſtrę utilitati conſulatis. Dixi quæ volui, abite, & valete.

Habent hoc Ieſuitæ in more, ut ſenſim perrepant, ac inſtar naviculariorum averſo vultu, remis veliſque in portum multò ante meditatum, appellant. *Sorbona Pariſina* 1609.

Vt aquilę dicuntur triduo ante præſentire locum committendæ pugnæ & ideo in tempore ad cadavera depaſcenda eò ſe conferunt: ita Ieſuitæ adeo acuti ſunt odoris, ut diu ante olfaciant ubi & ex quibus ædibus divitis alicujus cadaver efferendum, ideo & in tempore, antequam etiam ille, cuius bonis inhiant ægrotet, vel ægrotare ſe poſſe ſentiat, ad eum ſe conferunt ne ſperata præda iis præripiatur. *Ibid.*

Ieſuitæ quaſi legum divinarum, quarum ſi quis unam violat, omnium reus eſt. Sic quis Ieſuitis in omnibus applaudat, gratificetur, & morigerum ſe præbeat, ſi vero in uno hallucinetur, gratia præteriti nulla favoris erit. *Idem*,

Vt canes feroces, quamdiu eſt quod iis objiciamus & porrigamus, tacent, etiam cauda abblandiuntur, ſed quum deficit quod demus, ad ferociam redeunt: Sic Ieſuitæ quamdiu eſt quod demus, quod largiamur, eorum quieſcit ferocia: ſed ſi dandi finem fecerimus, priorem ferociam reſumunt.

Vt mo-

Digitized by Google

Vt moneta quo recentior eo nequior; Sic ſecta Ieſuitica, quia nouiſſima ideo peſſima.

Vt aquilæ pennę reliquarum avium pennas prope appoſitas conſumunt: Sic Ieſuitæ reliqui Cleri bona arrodunt.

Ieſuitæ ſimiles ſunt Scolymis.

Nam uti ante centum annos ij in his terris ignoti fuerunt, ſic Ieſuitæ: poſt paulatim coli cœperunt, & magnum erat ſi in principis hortis unus vel alter haberetur: Sic etiam ab initio, rarum quiddam erat Ieſuita in toto regno: ſed uti poſtmodum Scolymi iſti ita frequentes facti, ut quilibet ruſticus totos hortos & agros ijs conſereret, ſic etiam tanta frequentia eſt Ieſuitarum uti quolibet fere pago collegium vel ſcholam erigere velint.

Vt Parthi fugiendo pugnabant & vulnerabant: Sic Ieſuitæ ſemel læſi, nihil mali amplius metuentes poſt factas reconciliationes, lædunt.

Pater Magirus Ieſuita Spirenſis, Lutheranos aſellis arefactis comparavit, apud quos nihil aliud, quàm In, cum, ſub pane, audiretur. Calviniſtas anguillis, quæ, quacunque parte tenere velis, lubricitate ſua elabuntur. Se vero & Ieſuitas dicebat ſimiles eſſe Lucijs ſive lupis fluviatilibus, omnes enim illos, ſicuti lupi piſces, nos devoramus.

Ieſuitæ ſunt ſicut venti meridioles, qui poſtquam ceſſarunt navigantibus multò periculoſiores ſunt, quam in ipsâ tempeſtate: Sic etſi Ieſuitæ publicè tumultuari deſinunt: clam tamen noxam machinari non deſinunt *Doleus l.* 110. *Thuani*, ſunt uti ſerpens, qui primos parentes decepit, is cum deſperaſſet, Adamum poſſe ſeducere, Evam aggreſſus eſt: ſic Ieſuitæ cum viros deſperant poſſe ſeducere, uxores earum aggrediuntur *Idem.*

Ieſuitæ ſunt ſicuti Pſavonis aves. Nam ſicut is captis à ſe avibus ſchedulas appendit, quibus ſequentia verba inſcripſerat; Magnus Deus pſavo, ſic Ieſuitæ per totum terrarum orbem diſcipulos & laudatores ſuos emittunt, nec id ore tantum, ſed & ſcriptis ſuis faciunt. Sicuti hujus rei vivum exemplum habemus in *amphitheatro honoris Caroli Scribanij libro* 1. *titulo Generoſioris animi exempla pag.* 14. &c.

Elixir Ieſuiticum.

Ieſuitæ in omnibus rebus quaſi primum mobile, vel ſuprema rotula in horologio ſunt. Nam ſicuti illa ſe movente, & reliquæ moventur: ſic Ieſuitarum ad nutum reliqui ſe movent & ſtant.

Ieſuitæ ſunt quaſi poëtarum Sirenes, nam ſicut illę olim incautos cãtu ſuo decipientes, niſi aures obdurarent, poſtmodum peſſum dabant, ſic hodierni Ieſuitæ verborum mellitorum ſuavitate improvidos animos juventutis, & muliercularum occupant, & dementant quaſi, quos ubi inſoporarunt, poſtmodum eos & bona eorum ad ſe trahunt. Quare longe ab ijs recedere debent, vel admodum accurate aures & animos obdurare, qui vitare perniciem iſtam cupiunt.

Vt qui aurum quærunt non in haris & cloacis, ſed in terræ viſceribus, ſic qui eruditionem & pietatem addiſcere quærunt, non in Ieſuitarum ſcholis, ſed Academiis & bene conſtitutis ſcholis quærant.

Sicuti piſces extra aquas vivere non poſſunt, ſic Ieſuitæ extra Aulas durare non poſſunt. Sicuti ruſtica & imperita gens frequentius ad agyrtas & clamoſos circumforaneos plagiarios currit, & ab ijs conſilium morborum petit, quàm ad probatæ ſcientiæ & experientię medicos: ſic juventus prona magis eſt ad ſtentores, & artium præcones Ieſuitas, quàm ad ſolidæ doctrinæ & induſtriæ cognitæ præceptores.

Vt vitis jacet & ſine frugibus manet, niſi probe fulta ſit, ſic Ieſuitæ niſi magnatum gratia & authoritate ſubleventur.

Vt Iunonia avis cantus pluviæ inſtantis ſignum: Sic Ieſuitarum inſolens exultatio magni alicuius mali vel futuri vel peracti ſignificatio.

Sicuti flos ſolis curſum: ſic Ieſuitæ magnatum obſervant periodos.

Quemadmodum frugis perda arbor Salix & aliæ quædam arbores pulchre florent, ſed fruges non ferunt: ſic Ieſuitæ pulchre & artificioſè de virtutibus, de pietate diſcurrere norunt, ſed fructus virtutis & pietatis nullos ferunt.

Quemadmodum petulantes pueri canes irritatos magis irritant, & ad mordẽdum incitant: Sic Ieſuitæ reges & potentes inter ſe diffidentes, & per ſe ad arma pronos, ſuis hortatibus

magis

magis inflammant & incitant

Sicut indicium eſt mercis non ſatis probæ, quę multo præconio opus habet: ſic neſcio, quid ſiniſtri de Ieſuitica inſtitutione ſuſpicari libet, quod eam ita per pararios ſuos ubique hominibvs divendunt & commendant.

Qui in Ieſuitarum ſcholis pietatem quęrunt, idem faciunt qui in lupanaribus pudorem & caſtitatem.

Ieſuitæ ſimiles ſunt fratribus Ioſephi, qui ne ipſorum actionibus obeſſet, eum in Ægyptum deportandum vendiderunt; ſic ne aliquis ex clero iis obſtare poſſit, totum Clerum, ſi emptorem invenire poſſent, libentiſſimè divenderent.

Quemadmodum Deiotarus dicere ſolebat, pereant amici dummodo & inimici pereant: ſic aſſis Ieſuitæ non facturi eſſent, ſi omnes Monachi & Canonici perirent, dummodo & hæretici perirent, quo ſoli in poſſeſſionem bonorum eorum ſuccedere poſſent.

Quemadmodum leves puellæ; procaces ad loquendum, audaces ad faciendum, pertinaces ad negandum, obfirmatæ ad convitia perferenda; ſic etiam Ieſuitica natio.

Vt fruſtra facem admovemus ad accendendum aliquid, quę ipſa accenſa non eſt: ita fruſtra pietatis & charitatis exempla à Ieſuitis petuntur, quia virtutes ipſæ in iis extinctæ.

Sicut pocula aurea non levant ſitim, nec morbos curant: ſed potio medica in iis. Sic externa Ieſuitarum jactantia pietatis non levat à vitijs, ſed ſincera verbi prædicatio & viva exempla, quæ apud quoſvis potius quam apud Ieſuitas quærenda.

Similia de Ieſuitis.

IEſuitæ ſimiles ſtatuis Mercurialibus, quæ alijs viam monſtrant ſed ipſæ eam non eunt: Sic Ieſuitæ virtutem, & pietatem alijs magnificè ſolent deprædicare, ſed ipſi eam non exercent.

Quemadmodum odia inter fratres exorta, plerumque ſunt mortalia & irreconciliabilia, ita odia cum Ieſuitis coepta.

Digitized by Google

Quemadmodum nonnulli ſerpentes, præſertim aquatici, ſi aquâ egrediantur, venena dicuntur ſub lapide aliquo deponere, & poſtmodum reſumere: Sic Ieſuitæ ad tempus exiguum odia ſua deponunt, ſed ea reſumunt.

Secta Ieſuitica eſt quaſi grex porcorum, ſi quis unum ex iis lædit, omnes in ejus auxilium concurrunt porci. Sic vnum ſi læſeris Ieſuitam, omnes habebis inimicos & adverſarios.

Alius dicebat Ieſuitas ſimiles eſſe furibus, qui ſi in domum aliquam veniunt, & nihil inde furati excedunt, putant ſe aliquid de rebus ſuis ibi reliquiſſe: Sic Ieſuitæ in divitis alicujus domum venientes (nam pauperes nihil periculi hoc nomine habent) ſi nihil illis donatum vel legatum fuerit, putant inſigni ſe injuriâ affectos vel magam rei ſuæ ſe jacturam feciſſe.

Ieſuitę inſtar petulantium puerorum in Scholis, qui, poſtquam alios læſerunt, primi querelas ad præceptores deferunt, quo etiam ipſi extra culpam ponantur, & alios ei implicent, ſic Ieſuitæ, cum alios nullo non injuriæ genere affecerunt, primi ſunt qui accuſationes inſtituant, quo ſtratagemate ſe ſperant excuſabiles, alioſque damnabiles.

Vir quidam primariæ nobilitatis in Ducatu Clivenſi, cum ei dictum eſſet, quod Ieſuitæ poſſent Diabolos ejicere, reſpondebat, miror igitur quod Geuſios, id eſt, Hollandos, quorum internecini hoſtes ſunt, non expellant ex urbibus Clivenſibus.

Calviniſtas primo bellis Ieſuitæ impetunt, & primos eos impugnant, ut poſtmodum ijs devictis & ſuperatis, tanto facilius aggredi & eos debellare poſſint. *Lucas Oſiander in monitione ſua de conſilijs ſanguineis Ieſuitarum.* Notate Lutherani, Ieſuitis folium Sibyllæ eſt.

Tros Tyriuſque fiant (modo ſint Evangelici, hoc eſt, Calviniſtæ, ſeu Lutherani) Ieſuitis nullo diſcrimine habentur. *Idem. Ibidem.*

Alexander Hajus Ieſuita ſolebat dicere: Quod Ieſuita ſit omnis homo: Ergo dicebat aliús, etiam Sacrilega, fur, latro, homicida, regicida parricida, ſcortator, adultor. Hi enim omnes ſub nomine *omnis* comprehenduntur.

Digitized by Google

Idem *Hajus* etiam hoc in ore habebat : *qu'il faut diſsimuler & obeïr au Roy pour un temps par feintiſe.*

Ieſuitarum commendationes Romæ ad conſequendas dignitates & præbendas plus valent , quàm potentiſſimorum Regum interceſſiones. *Author de Ieſuitis regno Poloniæ expellendis.*

Cùm ſeditioſus quidam liber Pariſijs exureretur , qui liber à Ieſuitis conſcriptus erat , quidam ex Spectatoribus dixit. Quid juvat exurere libros ſi authores librorum tolerantur ? Quid juvat in chartam eſſe ſeverum, ſi authores ſeditioſorum librorum non licet nominare ?

Ieſuitæ ſimiles Ranis quibus non bene , niſi in lacunis ſuis ſint : ſic Ieſuitæ nunquam melius habent, quàm cùm omnia bellis ardent , flagrant , totuſque ſtatus reipub. turbatur.

Vtuntur Ieſuitæ aureis & argenteis argumentis , quibus homines convertunt, hoc eſt, promittunt iis aureos montes, promotiones ad dignitates & officia, præbendas , ſi abjectâ agnitâ & verâ religione , in caſtra Pontificia tranſeant : Sed tales converſiones quis melius corruptiones & everſiones perverſioneſque vocare poſſet.

Quidam dixit quod Franciſcani chordigeri admodum deſipiant , qui mendicando , male habitando , cubando , veſtiendo , nudis pedibus incedendo , & dura omnia patiendo , volunt , & ſperant ſalvari : dum Ieſuitæ , regia Palatia inhabitando , aulas frequentando , delitiando , equitando , molliter cubando , verbo tantum non Sardanapalicam vitam ducendo eandem ſperant ſe aſſequi poſſe beatitatem.

Quidam juſſus explicare literas illas inſignibus Ieſuitarum appictas *I. H. S.* Sic eas vernacule reddidit *jhr heiloſe Schelmen* & retro. *Sie haſſen Ieſum* : alius ſic explicuit, Impij, hæretici, Schiſmatici, & retro : Sophiſtæ, hoſtes Ieſu, vel ſic, Inquiſitionis Hiſpanicæ ſocij : & retrò, ſuperbi, hæredipetæ, invidi.

Quod Ieſuitæ de omnibus planetis aliquid participent. Moroſitatem à Saturno ; actualitatem & cupiditatem imperandi à Iove : Bellorum & armorum amorem & conſilia , à

Digitized by Google

Marte: circumcurſitationem mundi à Sole; à Venere ſanguinea amores & blanditias artemque amandi, à Mercurio linguæ volubilitatem, furacitatem & artem fallendi: à Luna inconſtantiam & mutabilitatem.

Ieſuitæ aliquando *Henricum IV* Galliæ regem volebant rogare, uti hiſtoriam Thuani vetaret exprimi in Gallia: ſed ille de hoc pręmonitus eadem hora, qua audientiam fieri petebant, in manus ſumpſit hiſtoriam illam, & cum admiſſi eſſent, ita attentus in ejus lectione erat, vel certè eſſe ſe ſimulabat, uti Ieſuitas aliquamdiu à tergo ſtantes non animadverteret, tandem converſus ad ipſos, dixit, ignoſcite mihi, ita profundus in lectione Thuani fui, uti veſtrum acceſſum non animadverterim, profecto elegans author & quod caput, fidelis in recenſendis rebus eſt, ſed facile ei hoc fuit facere, nam ex Archivis & parlamentis meis maximam partem habet. Sic præ-occupavit eorum petitiones, & illi aliud in medium afferre neceſſe habebant.

Cum Ieſuita *Cotton* quædam ſecreta vellet à Ludovico decimo tertio extorqueri, reſpondit ei: Non dicam tibi, quantumvis etiam urgeas, ne ſicuti patris mei Confeſſiones ad Regem Hiſpaniarum tranſcribas.

Cum Ieſuita *Laurentius Majus* ejus tarditatem in reſtituendis Ieſuitis increparet, quę mulieribus per novem menſes uterum geſtantibus ſegnior eſſet, non infacete reſpondit: Reges diutius parturire quàm fœminam.

Burggravius Alceanus Philippus à Winnenberg dicebat, Ieſuitas Palatinos ruſticos non verbo Dei, ſed vi & verberibus & multis Hiſpanorum avaritia impoſitis, convertiſſe.

Ruſticus quidam Montanus Duſſeld. veniens ad Collegium Ieſuiticum, quod tum recens exſtructum erat, luſtrans exclamavit, avertat Deus! ne Ieſuitæ rurſus collegium exſtruant, alias de reliquis meis tribus, cùm ante ſex habuerim, ne vnica vacca vel mihi, vel omnibus meis vicinis, remanebit.

Quidam *Iocoſe* dicere ſolebat Ieſuitas non debere patres ſed partes vocari: nam de omnibus rebus partem habere volunt.

Alii

Alius dixit, Ieſuitæ primo hoc ordinis ſui confirmati ſeculo ad tantum faſtigium divitiarum & opum devenerunt, uti ſi in eadem felicitate adhuc unum ſeculum durabunt, etiam cœlum licitaturi ſint.

Alius dixit, Lutherum graviter peccaſſe, in Papam, & Canonicos, indulgentias, & alios quæſtus ejus abolentem, ſed Papam Vrbanum VIII. multo gravius, Ieſuitarum pellices abolentem; uti apparet in diplomate ejus 1631. Romæ edito.

A viro primariæ nobilitatis I. K. qui in aula Polonica multus fuit ſæpius audivi, quod cum aliquando Regina lethaliter decumberet, & Ieſuitæ ad eam vocati eſſent; illa vero illorum conſolationibus non poſſet acquiſcere, tandem omnibus exigere juſſis, ipſa dixerit Ieſuitis, vos mihi de purgatorio multa dicitis, promittitis etiam vos vigilijs & precibus veſtris, & miſſis, pro anima mea faciendis, me cito velle expedire: Sed miſera eſt illa conſolatio: Facile enim fieri poſſet: uti ea non omnia rite & ordine fierent: ſic animæ meæ veſtra culpa in purgatorio hærendum eſſet. Tunc Ieſuitæ illam juſſerunt hoc nomine bono eſſe animo. Nam quæ de purgatorio ipſi docerent, eſſe ea magis ad terrendos homines (forte etiam pecunia emungendos) excogitata, quàm quod ipſi, vel ſanior pars catholicorum ita ſentiret. Crederet in Ieſum & ejus meritum & omnia ſalva fore. Quæ verba poſtmodum Regina convaleſcens alijs narravit. Hæ nempe piæ fraudes Ieſuitarum, & ars hominibus eliciendi nummos.

Cùm inter nonnullos quæſtio incidiſſe de mitris quadratis Ieſuitarum, quare potius quadratæ quàm rotundæ eſſent, quiſquis ſuam ſententiam dixit. 1. Hoc myſterio judicari. 4. Flumina, quæ ex paradiſo exiverint. 2. Quatuor libros regum. 3. Quatuor majores Prophetas. 4. Quatuor Evangeliſtas. 5. Quatuor ætates hominis. 6. Quatuor humores corporis humani. 7. Quatuor partes anni. 8. Quatuor ventos Cardinales. 9. Quatuor Lunæ phaſes. 10. Quatuor partes mundi. 11. Quatuor vota Ieſuitarum. 12. Quatuor Dominos quibus Ieſuitæ miniſterium faciunt, nempo, Sa-

thanam, Papam, Regem Hiſpaniæ, & Generalem. 13. Quatuor Cardinales virtutes. 14. Quatuor oppoſita vitia Cardinalium. 15. Quatuor Solis viciſſitudines, nempe duo æquinoctia, & duo ſolſtitia. 16. Quatuor tropos Rhetoricos. 17. Quatuor modos explicandi ſcripturas. Tandem unanimi conſenſu concluſum eſt ab omnibus ſignificari hoc formâ quadratâ, quod IESVITÆ quadrati & quidem in quarto modo nebulones ſint.

Cum quæreretur an Ieſuitæ in Europa nulla miracula ſicut in Indijs, ſi modo non Ieſuitica veritas eſt, quæ de ijs iſti narrant, ederent, alius reſpondit: Hoc fieri propter noſtram incredulitatem. Sed alius hanc cauſam in prima tempora rejecit, & dixit. Id ideo fieri, quia ipſi Ieſuitæ ſatis eſſent miraculum, dum nimirum. 1. In tam brevi tempore ita numero & divitijs creverint, quantum vix omnes alij ordines. 2. Dum, cùm ſint authores omnium in mundo hoc habitabili ſeditionum, tumultuum, bellorum, damnorum, cædium, regicidiorum, & turbarum, nihilominus mundus ab ipſis ita faſcinatus, uti eos à dictis criminibus non dico abſolvat, ſed convictos non orbe toto expellat. Quid expellat? imo toleret, & non tantum toleret ſed etiam indies magis magiſque evehat, & extollat.

Non nemo dixit. Nullum regnum eſſe in quo Ieſuitis magis contradictum, & in quo plura & graviora ſuæ Ieſuititatis ediderint ſpecimina, quâ ipſum regnum Galliæ: vix tamen regnum in quo plura Collegia, majorem authoritatem, & commoditates, & reditus plures, quàm in ipſo Galliæ regno.

Inter Papam & Ieſuitas alius talem inſtituit comparationem: Papa eſt Eli, Ieſuitæ ejus filij. Hi quod Papam habent protectorem & tantum non patrem ſicuti filii Eli, omnis generis nequitias, petulantias, libidines & facinora deſignant. Et licet interdum querela ad Papam de ijs deferatur: is tamen ad illa omnia connivet, vel ſi in ſpecimen eos corripere vult, ſicuti Eli eos blandiſſimis verbis affatur; ſed continget, addebat idem, ut vno die illi in prælio ſuccumbant, & rumor ad Papam deferatur, & is nuncio hoc exterritus de ſolio ſuo ſupinus concidat, & cervicem frangat, & ſimul

 totus

Digitized by Google

totus Papatus concidat.

Cùm quæſtio mota eſſet quænam maxima virtus in Ieſuitis eſſet, mox quidam reſpondit, quod cùm impudentiſſimè mentiantur, nunquam tamen convicti pudefiant, vel rubore ſuffundantur.

Cùm quidam de Martis pullis Ieſuitis omnia dira imprecaretur, quidam ex contubernalibus ei dixit, ut parceret verba male ominata in iſtam ſocietatem evomiſſe, nam abſque ea eſſet, dicebat, nulla bella eſſent, nemoque noſtra egeret opera, ſic eſurie nobis omnibus, qui militiæ nos dedicavimus, pereundem eſſet.

Alius urbanus Ieſuitas dixit ſimiles eſſe lilijs, & volatilibus cœli de quibus in parabola Evangelica ſcriptum, quod nec arent nec ſeminent, & tamen ita pulchrè ornati ſint, & abunde ſe alant, ſicuti Salomoni in hac parte præferantur. Sic Ieſuitę etſi nihil faciant, niſi aulas & magnatum ædes perreptando totos dies conſumant, tamen pulchrè veſtiti, lautè vivunt, magnificè habitant: uti vix ipſi reges & monarchæ mundi lautius meliuſque vivant.

Cum præſes Parlamenti Pariſini Henrici IV. Regis Galliæ, à Ravalliaco occiſi, cor Ieſuitis, in Collegio Ieſuitico Flexijs ſepeliendum traderet, his verbis vſus eſt. Accipito cor regis, vti diu deſideraſtis.

Digitized by Google

THESES
ET
POSITIONES
EX NOVA ANTIQVA Veritate deſumptæ

Patribus Ieſuitis ad ventilandum proximis diebus Saturnalitijs, & qui eos ſequentur, uſque ad Carnis privium, vel præter propter, propoſitæ.

THESIS I.

QVod Ieſuitæ Templariorum & Crucigerorum ſpurij. *Author de Ieſuitis reg. Pol. pellend.*

II. Quod in aulis ubi Ieſuitæ dominantur pietas ſit quæſtuoſa l. de cauſis odij publici erga Ieſuitas.

III. Quod quis nihilominus bonus Catholicus eſt, & bonus Chriſtianus eſſe poſſit, etiamſi Ieſuitis non in omnibus arridet aut applaudit, neque mimorum eorum ſe hiſtrionem præbet. *Ibid.*

IV. Quod Ieſuitæ ſuperiorum prelatorum pedagogi, quos etiam, vt aulæ Romanæ Coryceos metuere & obſervare coguntur. *de Ieſuitis reg. Pol pellendis.*

V. Quod religioſæ Ieſuitarum modeſtiæ parum fidendum. *Ibid.*

VI. Quod Ieſuitæ & ipſi de arbore ſcientiæ boni & mali guſtarint.

VII. Quod gens Ieſuitica aliquando Eccleſiæ Romanæ horrendi ſchiſmatis occaſionem præbitura ſit. *Ibib.*

VIII. Quod Ieſuitis hæreticus ſit, qui Ieſuitarum artes

Digitized by Google

tes quocunque modo impedit, aut ipſis non per omnia obſequitur. *Ibid.*

IX. Quod Pax religionis unicum & firmiſſimum furoris Ieſuitici repagulum. *Ibid.*

X. Quod putantes religionem citra Ieſuitarum operam conſiſtere non poſſe, ordinarium Clerum pudendæ ignaviæ arguant. *Ibid.*

XI. Quod Ieſuitæ religioni Romano Catholicæ intra Europam magis obſtiterint, quàm eandem promoverint. *Ibid.*

XII. Quod confeſſio venationis Ieſuiticę præcipuum inſtrumentum, & per quàm commodum rete. *Idem.*

XIII. Quod Ieſuitarum aſſertiones de converſionibus Barbarorum & miraculis apud eos editis, ex ijs locis petitæ ſint, ex quibus aliquis non ſolum verum dicere, ſed etiam ſecurè mentiri poteſt. *Ibid.*

XIV. Quod eruditæ doctrinæ fructus aliunde non minus commodè, quàm à Ieſuitis haberi poſſit. *Ibid.*

XV. Quod fides Ieſuitica nulli regi aut regno utilis niſi regi & regno Hiſpanico.

XVI. Quod omnium Regum & magiſtratuum vita & mors ab arbitrij Ieſuitici horoſcopo ſuſpenſa ſit. *Idem.*

XVII. Quod regna reſque publicæ non diutius ſalvæ ſint, quàm quouſque regibus rebuſque publicis cum Ieſuitis probè convenit. *Idem.*

XVIII. Quod qui Ieſuitis geniculari nolunt, parum à maximo abſunt infortunio. *Idem.*

XIX. Quod rebus Ieſuiticis ſtabiliendis nulla tutior ratio ſit, quàm ſi ſumma papavera demetantur. *Idem.*

XX. Quod ex riſu & gaudio Hugonotarum, ſi Ieſuitæ expellantur regnis, non ſequatur Ieſuitas ideo eſſe tolerandos. *Ibid.*

XXI. Quod Hugonotarum gaudium & riſus propter exilium melior & tolerabilior, quàm Ieſuitarum tolerantia, & manſio cum pernicie regis, regnique, & ſubditorum. *Ibid.*

XXII. Quod Ieſuitarum omnis cura & omne ſtudium ut clavum reipublicæ in ſuam redigant poteſtatem. *Idem.*

Digitized by Google

XXIII. Quod factiones Hiſpanicæ in imperio & alijs regnis non prius opprimi poſſint aut eradicari, quàm Ieſuitæ imperio & regnis expellantur. *Idem.*

XXIV. Quod Ieſuitæ ventres ſunt provinciales, ſed caput habent cerebro Hiſpanico repletum. *Idem.*

XXV. Quod Ieſuitica actualitas inter juſtiſſimas cauſas metus alicujus magni mali ab ijs excitandi referri debeat. *Ibid.*

XXVI. Quod Ieſuitica Actualitas plerumque ſortiatur tragicum eventum. *Ibid.*

XXVII. Quod nulla regio in Europa excepta Hiſpania, quæ non de Ieſuitarum perfidia conqueratur. *Ibid.*

XXVIII. Quod, quamdiu IESVITÆ incendij politici fomes intra regnorum & rerumpublicarum corporum viſcera retinentur, nulla certæ ſalutis & tranquillitatis Spes relinquatur. *Ibid.*

XXIX. Quod Ieſuitæ facilius ex regnis expellantur, quàm intra regna in ordinem redigantur.

XXX. Quod pecuniarium in collegia Ieſuitica ingredientium multa paſſim, egredientium verò nulla vſquam veſtigia appareant: de cauſis odii publici erga Ieſuitas.

XXXI. Quod Ieſuitæ nullum pro oratore, Poëta, Philoſopho, aut Theologo haberi velint, niſi vel Ieſuita vel certe ſocietatis diſcipulus fuerit. *Ibid.*

XXXII. Quod bonæ literę ab inſtitutione Ieſuitarum naufragium patiantur. *Trovíſius Epiſtola ad Acad. Salm. Tomo 2. Merc. Ieſuit.*

XXXIII. Quod Ieſuitarum Teſſera ſit vnum Deum, vnum Pontificem, vnum orbis Chriſtiani Regem eſſe debere. *Thuanus l.* 110.

XXXIV. Quod apud Ieſuitas veri Martyres cenſeantur qui vitam interficiendis principibus locarint. *Idem.*

XXXV. Quod apud Ieſuitas ſit ædificatio, & Devotio, quæ Chriſto dicitur Hypocriſis. *Colloq. Ieſuit.*

XXXVI. Quod vero proximum, quod Generalis Ieſuitarum, ſicuti ſcribitur in Epiſtola de excellent. Ieſuit. Romam

regat,

regat, & Pontificatum conferat.

XXXVII. Quod in Ieſuitarum Scholis diſcitur, ſit patriæ Charitate oblivioni tradita rebus Hiſpanorum ſtudere. *Antoninus Arnoldus apud Thuanum l.* 110.

XXXVIII. Quod auſteritas & cernui in terram vultus non modeſtię, & contemptus rerum in Ieſuitis indicia ſint, ſed quod ſuperbia & faſtus hac ſpecie celetur, & dum terras cernunt, ad opes terreſtres, & externos honores oculos intendant. *Ludov. Dolaus apud Thuan. l.* 110.

XXXIX. Quod Ignatiani in eo ſibi nimium ſapientes videantur, quod ſe cœlo putant aliquando imperaturos, quaſi Societatem cum Ieſu ipſo contraxerint. *Ibid.*

XL. Ieſuitæ quod verbo affirmant, facto negant. *Ibidem.*

XLI. Quod pauci Ieſuitæ in multorum labores involent, & quod alii ſeminarunt, illi ſine labore metant, Clerus Anglicanus querela ſua de Ieſuitis apud *Thuanum l.* 126.

XLII. Quod Ieſuitę libenter accendant faces ſeditionum & bellorum, ſed ijdem maturè ſe recipiant, & alijs illa incendia reſtringuenda relinquant. *Ibid.*

XLIII. Quod Ieſuitæ paupertatis voto: alij vero ſacerdotes Catholici ipſa paupertate diſtinguantur. *Ibid.*

XLIV. Quod Ieſuitę velint videri quaſi qui ſoli plantent, qui ſoli rigent, ſoli etiam dent incrementum Papatui, reliquus vero Clerus nihil faciat. Sed quod,

Sit numerus tantum & fruges conſumer natus.
Ibidem.

XLV. Quod Ieſuitæ ſint accuſatores, actores, teſtes ergaſtularii, judices, executores in controverſiis & cauſis propriis. *Ibid.*

XLVI. Quod Ieſuitę Romæ & in Hiſpania, aliter ſentiant, aliter loquantur, &, ut in hanc vel illam ditionem demigrant, eas opiniones ſumant, aut deponant. *Harlaus apud. Thuanum l.* 132.

XLVII. Quod quantum reges in Sodalitii Ieſuitici

Digitized by Google

gratiam largiantur : tantum ſecuritati ſuæ detrahant. *Apud Thuanum l.* 134.

XLVIII. Quod Ieſuitæ confeſſiones & abſolutiones per Epiſtolas explicare conantes, inſtitoriam tabernam aperiant, quâ Sacerdotes, uti nummularii de pecunia, illi de peccatis contrahant : *Staniſlaus Proüsky Lubtinenſis Polonus.*

XLIX. Quod non mirum, quod Ieſuitica ſecta tantos progreſſus facit, & tam multos patronos habet, poſtquam tam multorum vitijs & cupiditatibus ſervit. *Idem.*

L. Quod Ieſuitæ in cauſa religionis plus conſiliis humanis, quàm providentiæ divinæ tribuant. *Proceres Poloniæ apud Thuanum l.* 138.

LI. Quod ſi Academiæ luſtrandæ & expiandæ, abigendæ prius ſint obſcœnę Harpyię Ieſuiticæ. *Ioannes Paſſeratius, Oratione de Ridiculis.*

LII. Quod Ieſuitæ filix in agro Dominico & Scholaſtico. *Ibid.*

LIII. Quod Ieſuitę religionis ſpecie Equum Trojanum paulatim in vrbes, & regiones introducant. *Ibid.*

LIV. Quod Ieſuitę gratis doceant, & gratis noceant. *Ibid.*

LV. Quod Ieſuitæ eo majore infortunio mactandi, quia gratuito ſunt mali. *Ibid.*

LVI. Quod Ieſuitæ pro levi docendi opella & exiguo Minervali ampliſſimarum familiarum ſanguinem tanquam hirudines exſorbeant. *Ibid.*

LVII. Quod Ieſuitarum cenſus cùm Regum ac ſummorum Pontificum opibus certet. *Ibid.*

LVIII. Quod gratuita Ieſuitarum inſtitutio ſit illis pro hamo *vel* potius pro reti jaculo, quo callidi piſcatores cuncta converrunt cum pulviſculo. *Ibid.*

LIX. Quod liberos ſuos Ieſuitis credere, ſit columbas accipitribus, pullos milviis, & oves lupis committere. *Ibid.*

LX. Quod illud, quod Ieſuitæ diſcipulis ſuis tradunt, ſit nihil ſapere ritus Hiſpani, odium legum, inſtitutique patrii imbellia, imbalnities, impolitia, imparentia, meraque cur-

Lave

Lavernis ſacris Barbaries. *Ibid.*

LXI. Quod *Ieſuitæ* non ideo Hippolyti ſunt, quia fibulam geſtant. *Ibid.*

LXII. Quod evitatio bonorum auctorum apud *Ieſuitas* vſitata nihil aliud quàm ex hirco caprum, ex ariete vervecem, & ex verre majalem facere. *Ibid.*

LXIII. Quod fabri male fecerint, quod *Ieſuitis* patribus,ea parte qua opus fuit, perpetuam non impoſuerint fibulam. *Ibid.*

LXIV. Quod falſo *Ieſuitæ* ſibi imaginentur, aliiſque perſuadere conentur apud ſe virtutem domicilium conſtituiſſe. *Ex Euphormionis Sat.* 1. *pag.*

LXV. Quod *Ieſuitæ* in tantum potentiæ faſtigium evecti ſint, ut iiſdem modis deprimi non poſſint quibus ſunt elati. *Idem ibid.*

LXVI. Quod *Ieſuitæ* principes populi metu magnates principum fictâ benevolentia teneant. *Ibid.*

LXVII. Quod magnates eam ipſam potentiam, quam *Ieſuitis* exſtruxerunt timere cogantur. *Ibid.*

LXVIII. Quod *Ieſuitæ* diſcipulum pene nunquam dimittant non ſuperbiſſimum, aut qui aliquem vltra ſe, magiſtrumque laudet. *Ibid.*

LXIX. Quod nullijſeverius in ambitum dicant *Ieſuitis*, nulli etiam frequentius eo malo graviuſque laborent. *p.* 2. *Satyrici Euphorm.*

LXX. Quod multi cum *Ieſuitis* iraſcantur ijs vitijs quibus ipſimet ſuam famam indigniſſime maculant. *Ibid.*

LXXI. Quod *Ieſuitæ* non Sapientiæ cultum, ſed ſuam rempublicam diligant. *Ibid.*

LXXII. Quod illi, qui titulum ſibi arrogant ſocietatis *Ieſu*, videant,an hæreticorum mores penes ſe Eccleſiam exiſtere mentiantur. *Melior Canus Epiſcopus Canarienſis loc. Theol.* *c.* 2.

LXXIII. Quod fabulæ illæ de geſtis Xaverij, & auctores, & loca adeo longo intervallo diſtent, vt an mentiantur illi non poſſit inveniri, & an hæc ſint, addubitari eam poſſit. *Idem.*

Digitized by Google

LXXIV. Quod totum corpus narrationis (de rebus Xaverij) commentitium appareat, vt, quod Hiſpanorum ſermone teritur, id quoque in hac re facile probes: De Leungas eas Leungas mentiras.

LXXV. Quod mirabile ſit, quod hoc tempore adeo perverſo & avaro, patres *I*eſuitæ norint, & poſſint abunde, quicquid ipſis neceſſarium eſt, extorquere. Nec enim ſine miraculo fit, quod cum homines ſint adeo parci & tenaces, non tamen poſſint in animum inducere, vt patribus aliquid denegent, aut eorum petitiones rejiciant. DEZA *Ieſuita Serm. in Canon. Ignat. p.* 152.

LXXVI. Quod ſit *I*eſuitica veritas, hoc eſt, decumanum mendacium, quod Valderama in Canon. *I*gn. p. 10. ſcribit: Societatem *I*eſuiticam fundatam fuiſſe ab ipſo conceptionis ejus admirabilis momento, & hanc fuiſſe primam ſocietatem, quam inter hommes Deus erexit, cujus primum *Collegium* fuerit vterus virginis.

LXXVII. Quod inſtitutum ſectę *I*eſuiticæ ſit ſicuti Siciliç mons in quo aperitur veluti os *I*nferni.

LXXVIII. Quod *I*eſuitæ & eorum diſcipuli firmiter credant & credere teneantur, quicquid *I*eſuitæ dicunt & ſcribunt, verum eſſe: quicquid hæretici contra, falſum.

LXXIX. Quod quando *I*eſuitæ non poſſint matutinas celebrare, Diabolus eas pro ipſis celebret. exemplo Xaverij, *teſte Turſelino l.* 205.

LXXX. Quod non amplius dubitandum *I*gnatium in cœlo eſſe, cum Diabolus hoc teſtatus ſit. *Ribadeneira l.* 5. *c.* 6.

LXXXI. Quod qui terris cœlum videri velit, debeat ſepulchrum *I*gnatij adire. *Valderama pag.* 89. *Canon.*

LXXXII. Quod Æquivocationem probare & ſcriptis confirmare, vti *I*eſuitæ faciunt, hęreſin maximam ſapiat, imo Sathanicam doctrinam Thalmudiſtarum. Vigorius Conſiliarius Gallicus.

LXXXIII. Quod Æquivocationes *I*eſuitarum vtiliſſimum inſtrumentum & Palladium, quo ad ſcelera ſua palllianda vtuntur.

LXXXIV. Quod tum *I*eſuitis optimè, cum reliquo Clero peſſimè.

Quod

Digitized by Google

142

LXXXV. Quod Ieſuitarum exaltatio ſit reliqui Cleri depreſſio.

LXXXVI. Quod Lutherus Romanenſi Eccleſiæ multum obfuerit, ſed multo magis Ieſuitæ.

LXXXVII. Quod inſtitutio Ieſuitarum in ſcholis ſit hiſtrionica, in templis Comœdo-Tragica.

LXXXVIII. Quod ignorantia & improbitas monachorum tolerabilior, quàm Ieſuitarum ſcientia & probitas.

LXXXIX. Quod Ieſuitæ habeant multum ſcientiæ, nihil conſcientię.

XC. Quod qui Ieſuitis patrocinantur ſibi & ſuis adverſentur.

XCI. Quod in quancumque terram; regnum, provinciam, vrbem Ieſuitæ immigrant, inde è veſtigio pax, & tranquillitas Eccleſiaſtica & politica emigrent.

XCII. Quod eadem gratia à Ieſuitis expectanda, nihil danti: multa danti,& non omnia danti.

XCIII. Quod Ieſuitæ habeant verba lactis, fraudem in factis, mel in ore, fel in corde.

XCIV. Quod Ieſuitæ bonis authoribus ſuis, interpolationibus, & caſtrationibus plus nocuerint, quàm omnes illæ barbararum gentium in Italiam irruptiones.

XCV. Quod Ieſuitæ regem Hiſpaniæ teneantur defendere Calamo, & is eos gladio.

XCVI. Quod Ieſuitæ vti Diabolus,qui ſi ei aditus in veſtibulum templi conceditur, mox in ſummo altari locari & poni vult: ſic ſi honorificus ſaltem acceſſus Ieſuitis in aulas & reſpubl. permittitur, mox illi primas ibi tenere ſatagunt.

XCVII. Quod Ieſuitæ quot Collegia pro ſocijs exſtruunt, tot caſtella pro Rege Hiſpaniarum ædificent.

XCVIII. Quod Ieſuitis permiſſum, ad tempus reformatam ſimulare religionem, concionari, ſacramenta adminiſtrare, in finem, vti reformatorum ſecreta expiſcentur; ſed vt tempore à Generali præſcripto abſoluto, ad ſocietatem redeant.

XCIX. Quod Ieſuitarum communis ſit ad objecta crimina reſponſio.

Elixir. Ieſuitarum. R *Si ſe-*

Digitized by Google

Si feciſti nega.

C. Quod Ieſuitæ, poſtquam ſocij Chriſti dici & haberi velint, Leonino more cùm eo hæreditatem diviſerint. Nam cùm Chriſtus non habuerit ubi caput poneret, illi regalia Palatia inhabitant, cùm Chriſtus tenuiter admodum vixerit, illi tantum non Sardanapalicam vitam ducunt, cùm Chriſtus non habuerit quo portorium ſolveret, illi tantum non Attalicas poſſident divitias, totique quaſi mundo dominantur.

CI. Quod hodierna die fides Ieſuitica ſit, quæ olim fuit Punica.

CII. Quod nihil certius, quàm nihil certi ſibi à Ieſuitis ſpondere.

CIII. Quod morſus invidiæ Ieſuiticæ multo venenoſior & incurabilior, quàm rabioſi canis.

CIV. Quod non tam figulus figulo invideat, quàm Ieſuita reliquis Monachis.

CV. Quod ſumma Ieſuitarum religio ſit, mutare & accommodare religionem ad commodum & vtilitatem maximam.

CVI. Quod potior pars Ieſuitarum melius in corde & conſcientia informati ſint, quàm alios doceant. *Exemplo Reginæ Poloniæ.*

CVII. Quod milites juſtiſſimas habeant cauſas pro Ieſuitis orandi: quod ijs ſuperſtitibus bella futura ſint, & proinde ſemper militum opera opus fuerit.

CVIII. Quod omnes pij & probi Ieſuitæ in vno annulo poſſint ſcribi.

CIX. Quod regicidia à Ieſuitis inſtitui ſolita, quaſi longo vſu conſuetudo facta ſint.

CX. Quod regnorum proditiones & perditiones nomen virtutis politicæ apud Ieſuitas occupent.

CXI. Quod Academiæ illæ Salvæ eſſe non poſſint, in quibus Ieſuitæ publice docent. *Sorbona Pariſina.* 1609.

CXII. Quod, quod olim Philiſtæi inter Iudæos, hodie Ieſuitæ inter reliquum Clerum.

CXIII. Quod Ieſuitarum Conſilia ita comparata ſunt, vti ſæpe